



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

13. Quàm falsis hæc omnia nitatur principiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

sic & ille vt producat omnes intellectualesque faciat. Nam Anaxagoras quoque intellectu similes partes permiscuit impermixtum & ab omnibus abstractum posuit.

*Intelle-
ctus &
sensus
simili-
tud.*

Hæc si ita se habent; vt in sensu tria prorsus cernuntur, sensus recipiens, sensibilis forma in eo recepta, & externum obiectum illâ producens: ita & in intellectu fuerint; intellectus materialis, qui recipit; intellectus forma in eo recepta; & intellectus agens, vt motor eam producens. Quem Aristoteles in superiore quidem cõtextu comparauit arti, quòd opifex sit & architectus formatû: sed verius deinceps similem dicit lumini. Non enim ex parte similis est arti. Quoniam forma,

*Intelle-
ctus a-
gens ar-
tis
& lumi-
ni.*

que arte producitur, nulla præerat pars in materia intellectus verò agens, si totam intellectualem formam in intellectu materiali procrearet; quid opus esset phantasia & sensus? Nec tamen ad eum mouendum sola sufficit phantasia. Quia inter res vniuersas & singulas, inter intellectum & phantasiam nihil tunc interesset. Ea igitur, quæ initio posita est, intellectus & sensus comparatione atque analogia retentâ: ita se habet ad intellectum phantasia, vt sensus ad sensum. Eandemque ob causâ, propter quam ad aspiciendum præter colores & aspectum opus est lumine; ad intelligendum item præter phantasia & materialem intellectum, agens alter necessarius est, qui in intellectu faciat hoc ipsum, quod in visione lumen. Intellectilem inquam formam, quæ in phantasmate accidentibus pluribus & conditionibus singulis inuoluta delitescbat, educat in lucem actuque faciat perfectam & clarâ, vt alterum intellectum mouere possit. Quemadmodum lumen obscuros ac tenebrosos colores perficit actuque facit, atque ad aspectum permouendum efficaces. Quare vt à colore simul & lumine aspectus, sic à phantasmate simul atque agente intellectu materialis alter mouetur: phantasiaque & intellectus agens sunt vt mouens; intellectus autem vt motum. Verum & lumen, quod aspectabiles colores efficit, est ipsum quoque aspectabile; immò magis, quàm colores. Et intellectus agens, qui res materiales facit intellectuales, intellectus est; & magis, quàm cætera, quæ ab ipso sunt intellectualia.

*Intelle-
ctus a-
gens &
phantasia
vno.*

Ergò postquam intellectus materialis intellexerit cætera, eaque recipiendo sibi vniuerit; intellectum item agentem intelligit & velut formam suscipiet; ita illi vniuetur, vt existat intellectus adeptus. In qua demum vniõne materialis intellectus cum agente (quæ sanè non nisi ex multa longaque contemplatione post aliarum omnium scientiarum adeptionem in extrema senectute contingit) suprema consistit animæ nostræ beatitudo. Ita tum efficientis & motoris, dum perficitur; tum affinis formæ vltimæque perfectionis, postquam perfectus est; vim concludit intellectum agentem comparatione materialis habere.

Hanc Auerois fuisse sententiam, ex eius commentariis cognosces 5. 19. 20. & 36. atque ex libro de animæ beatitudine & ex epistola de intellectu abstracti cum homine connexionem. Quare scuti felicitatem nostram in coniunctione posuit cum primo principio Deo, cæterisque mentibus separatis; id interiecta vniõne cum intellectu agente accipiendum est. Vt materialis intellectus cum intellectuibus primùm materialibus, deinde per

hæc cum agente intellectu, atque per hunc demum cum intellectuibus cæteris separatis vniatur.

Auerois post Magni Alberti in commentariis hilce de anima, & in summa de homine; sanctusque Thomas tum in hoc loco, tum in 2. libro contra gentes capite 76. 77. 78. & in disputata quaest. de anima, & prima parte sum: quaest. 79. & cæteri ferè Latini sequuti sunt. Atque agerem intellectum substantiâ separatam non esse, sed animæ nostræ virtutem & facultatem re à patiente distinctam, argumentis permultis conatus est sanctus Thomas demonstrare. Ac præter eam illius functionem, quam in phantasmatis illuminationibus vniuersitque naturis abstrahendis atque intellectuibus actu efficiendis Auerois posuit; alteram in intellectu patibili collustrado Albertus & alii adiungere: ita vt, tum illis, tum huic, lumen fuerit ab Aristotele nuncupatum. Quemadmodum enim lumen tum colores, tum peripicum, in quo colorum species suscipienda sunt, illuminat: sic agerem intellectum & phantasia & intellectu patibilem, in quo intellectuiles species suscipi debent, illuminare oportet. Tertia demum functio nonnullis placet, vt simul cum intellectu speciei inlectionem quoque in patiente intellectu producat.

13. Quam falso hæc omnia vniatur principium.

Hæc illi profectò docuerunt: iamque in Latinorum scholis tanquã certa atque indubitata passim vsurpantur. Ego ne probabilia quidem iudico: Aristoteli autem ac veteribus peripateticis minimè consentanea. Nec mirum. His enim principis mirantur. Intellectum nostrum nequaquam res singulas & materiales, sed vniuersas duntaxat atque immateriales cognoscere: naturam vniuersam sola & simplici abstractione fieri: ac demum tum sensuum cognitionem omnem sensibus, tum intellectualem inlectionem intellectuibus formis, quæ cognitionem antecedant, constare ac totam penè absolui. Quæ omnia mihi quibuscumque nec vera nec peripateticis recepta videntur.

Etenim res ite singulas & materiales intellectu nostrum percipere, & interna cuiusque experientia & animaduersio testabitur. Neque Themistius modo, Philoponus, Simplicius, atque Priscianus in Theophrasti librum de phantasia & intellectu cap. 14. & 15. sed Aristoteles ipse in superioribus eodem voluit intellectu, aliter tamen atque alter se habente, genus rerum vtrumque cognoscere: singulas inquam & materiales, dum cum sensu & phantasia; vniuersas & immateriales, dum per se solus operatur. Quod aduersari quoque fateri in commentario tex: 9. coacti sunt. Post vero apertissima ipsiusmet philolopi aderunt verba in text. 39. & 58. eaque argumeta omnia, quæ in superiori commentario 83. satis à me diligenter collecta & explicata fuerunt.

Quod autem ad vniuersæ nature abstractionem spectat, magis video inter viros graues disputari. Nam qui naturam vniuersam fieri ab intellectu agente volunt, plurisque sanè intellectualem ipsam speciem ab eo ex phantasmate rerum singularum conditionibus abstractam intellectualem

Dante

tellectibile actu, naturamque ipsam vniuersam in eo representatam, inquit esse. At Caietanus in commentariis ad primam partem sancti Thomae vniuersam naturam intellectibili specie priorē esse contendit. Cū enim duplex effectus sit luminis, cum quo à philosopho intellectus agens comparatur: vnus formalis, illuminare; alter obiectiuus, quo res illuminata apparet: ita putat agentis intellectus lumine illustrari phantasma, vt non totum, sed sola rei quidditas & natura singularitate adhuc latente appareat (quemadmodum lucidi corporis lumen colore pomi, non saporem, apparere facit) hæcque sit vniuersa natura: Tum verò vt ab illuminato colore sensilis species producat; sic ab illustrato phantasmate, quod iam vniuersa est abstracta natura, simul cum intellectu agente intellectibilem produci speciem. Acute nimirum excogitata sententia; sed Francisco Ferrarienti in comm. ad caput 77. lib. 2. contra gentes minimè probata.

Qui verò non agentis, sed patientis intellectus opus esse contendunt naturam efficere vniuersum; nec dum omnes consentiunt. Nam aliqui prima & absoluta, alii secunda & comparante operatione id fieri contendunt. Sanè ita loquitur Themistius in 1. lib. de anima cap. 4. Genus aut mera notio est sine euidenti soliditateque aliqua; sed ex tenui subobscuraque similitudine singularium collecta; aut quàm penitissimè nihil. Et rursum cum quæ fuisset, an generū specierūq; nomina solas animi notiones significant, an verò singulis rebus contentas naturas: Videntur, inquit, illa medijs notionibus proxima. Quæ tamen cū ex singularium collectione & similitudine reponantur, in singularia & naturas euidenter ac solidas recidunt. Et cap. 18. lib. 3. intellectum ait, qui in parulis est potestate, progredietē etate, ope sensuum & phantasia multæque exercitationis, vniuersales notiones agnoscere, dissimilitudinemque in dissimilibus colligere, & idem in differentibus discretisque contemplari. Immo, & Alexander in primo lib. de anima capite de intellectu practico & theoretico, cū ex hoc & illo colore albo viso intellectum dixisset colorem album vniuersum percipere: eiusmodi, inquit, comprehensio atque ex singularum sensilium similitudine vniuersa natura perceptio, intellectus est. Similium enim collectio, intellectus est functio. Eadem tum Boëtio sententia sub finem primi libri in Porphyrium à se translatus, & in categoriam substantiæ: tum etiam Aueroi in commentario 8. libri primi de anima, & comm. 4. lib. 12. Metaph. Quod quemadmodum cum eo consentiat, quod idem ipse commentator tradidit obiectum intellectibile actu ab agente intellectu fieri; viderint eius discipuli. Mihi enim propositum non est, singula hoc loco persequi: sed solū ostendere vniuersam naturam non simplici agentis intellectus abstractione constare, sed ex singularum rerum comparatione colligi: carum scilicet similitudine ac dissimilitudine obseruatis.

Quod ex his facillè demonstratur. Primum non quæuis abstractio vniuersa naturæ faciendæ accommodata est & opportuna. Non, inquam, ea, quæ formalis dicitur, quod formam separet à subiecto, aut à cæteris formis, cum quibus ea cōiuncta est; eamque solam accipiat & absque sub-

iecti cæterarumque formarum cognitione cognoscat: vt cū pomi colorem sine illius substantia aut sapore odoreque tenui aspectus (hoc quippe abstractionis genus sensui quoque commune est) aut intellectus proprietatem, vel differentiam attributum aliud à subiecto cæteris adiunctis attributis separet. Sed altera illa, quæ vniuersalis propterea nominatur in scholis, quod superiorem aliquam naturam ab inferioribus illis, in quibus ea continetur, separet, solitariamque cognoscat. Abstrahere namque à rebus singulis vniuersam naturam nil aliud est, quàm vnum quiddam commune à pluribus, quæ illud participant, separe. At hoc tum cognoscentis virtus est opus: tum perfici nequit, nisi cognitio illis & inter se comparatis, quibus illud commune esse animaduertitur. Cognitio hæc & comparatio patientis nimirum intellectus est; non agentis illius, qui non dicam comparare, sed ne cognoscere quidem quiddam putatur. Nam quod eum dicunt non cognitione, sed phantasmatis illuminatione id præstare; lumine scilicet illo à singulis omnibus conditionibus spoliando naturam: verbis quidem dicitur & auditur auribus; sed mēte non concipitur, neque vlla ratione constat. Si enim phantasma illuminet intellectus agens; cū naturaliter, non ex electione, operetur; æquè totū & quiddam in eo cōtinetur, illuminat; nec minùs naturam, quàm adiunctas omnes conditiones phantasmate comprehensas. Non igitur separet à conditionibus naturam, eamque solam, sed omnia prorsus æquè actu intellectibilia facit. Quippe hoc externum lumen, quod oculis cernimus, cuius per similitudinem agentem esse philosophus voluit, ita illuminat corpora, vt eodem modo colores eorum omnes, non vnum sine alio, illustret aspectabilesque reddat. Si vlla igitur isthæc est phantasmatis illuminatione ab agente intellectu profecta; nã illa ipsa fuerit, quæ luminis est externi. Hoc non separet colores à rebus cæteris, cum quibus illi coniuncti sunt; neque vnum ab alio colorem distinguit: sed illuminat omnes, vt accedens mox aspectus & omnes & singulos separet possit. Ita & agentem dixeris intellectum quæ illuminare omnia, quæ confusè antea continebantur: hocque est ea esse intellectibilia. Tum patientem intellectum intelligere singula, vniuersamque naturam à conditionibus singulis, vt liberit, separet solitariamque, dimissis cæteris, cognoscendam accipere. Nec igitur lumen nec agens intellectus abstrahunt; sed abstractionem antecedunt, resque abstrahendas præparant; tum alterius virtus abstractio sequitur. Neque patientem intellectum mireris abstrahere, hoc est agere. Etenim ipsi quoque aduersarij fatentur eum intelligere, hoc est agere. Et sensus in 2. lib. patiendi facultas dicebatur; quoniam et si sentire sit agere, actio tamen est, quæ in ipso agente suscepta passionem adiunctam habet. Idem in intellectu euenit. Proptereaque, inquit, Alexander in 2. lib. de anima capite 19. patientis intellectus dicitur, quod formarum apprehensiuus est. Patientemque id videtur, quod recipit atque apprehendit. Atque id quidem cū sensu commune habet. Quoniam tamen passione potior est actio magisque intellectio in cognitione & iudicio consistit, quàm in adiuncta & consequente

Phan-
tasmatis
illuminatio.

OOOO iij

receptione; immò illa huius est causa: iure optimo adiunxit, actione potius, quam passione, definiendum intellectum esse. Verùm hæc omnia magis erunt ex sequentibus manifesta.

Iam enim tertium illud caput examinandum est, in quo tum sensuum, tum intellectus cognitionem sensilibus atque intellectibus speciebus acceperit constare. Ac de sensibus quidem in 2. lib. constitutum est. De intellectibus iam dissendendum. Peruulgata in scholis est opinio, imprimi in intellectu nostro patiente ex phantasmatis ab agente altero intellectu excitatas (propterea que agentem hunc, illum patientem appellari, quòd alter producat, alter suscipiat) species, tanquam accidentia spiritalia & intelligendorum obiectorum imagines; quæ tum intellectionem antecedant in intellectu; tum post eam diutissime conseruentur. Quam ob causam à philosopho dictum fuerit, intelligere esse quoddam pati, intellectum esse locum formarum, animam intelligendo fieri omnia, in eaque non lapidem sed lapidis formam esse, utramque agentis, & patientis differentiam in anima esse; & si quid est eiusmodi aliud. Nam & obiectum persimile facultati & cum ea coniunctum esse oportet; phantasmaque materiale ac singulare ad mouendum immaterialem intellectum minimè aptum est: fiat igitur immateriale & vniuersale necesse est per intellectibilem speciem.

Sed duo sunt, in quibus opinionis huius auctores non conueniant. Alterum; quòd sanctus Thomas in prima parte sum: quæst. 84. & Aegidius Quodlib. 2. & 3. & Albertus, & alii species hæc in omni cognitione necessarias esse contendunt. Alij verò non item. Sed Scotus in primum senten. lib. distinct. 3. quæst. 6. in sola vniuersalis cognitione; singulare autem in phantasmate satis cognosci. Et Gregorius Ariminenfis in primum lib. dist. 3. quæst. 2. & in 2. dist. 7. quæst. 3. in cognitione abstractiua, non intuitiua. Alterum; quòd aliqui eas velint obiecti terminantis intellectionem tenere locum; vt Gregorius & Scotus. Alii còtrà non obiecti, sed formæ, per quam intellectus ad operandum atque intelligendum reddatur aptus: & imaginis, per quam intelligatur obiectum, cuius imago est: vt sanctus Thomas. Itaque Gregorio & Scoto, dum intelligit intellectus, phantasmate mouente non indiget; si quidem species ipsa obiectum est. Sancto autè Thomæ opus est semper intelligentem aliquod intueri phantasma, à quo obiectum, cuius habet speciem, representante mouatur & excitetur. Nec desunt, qui non alij specierum vsum agnoscant, quam vt intellectum non ad producendam, sed ad recipiendam intellectionem præparent. Ita inter se harum specierum inuentores ac patroni digladiantur.

At eas omnino irriserunt, nullumque illarum vsum esse, nullam necessitatem, acriter disputarunt Gulielmus Ochamus in 2. lib. quæst. 16. & Gabriel Biel, & Durandus dist. 3. lib. 2. & Ioannes Baconius dist. 6. & Gandauensis Henricus Quodlib. 4. & 5. & Goffredus quodlib. 9. & posteriores non pauci: qui solam obiecti phantasmatis presentiam in intuitiua cognitione, aut habitum comparatum in abstractiua, satis esse demonstrarunt. Ex quo consequens est, intellectibilem speciem nil aliud sapietij philosopho significare debere, quam aut phantasma ipsum, vt intellectus lumine collustratum re intelligendam intellectui refert; aut potius

intellectionem ipsam, vt est expressa rei intellectus species, similitudo, & forma ab intellectu producta in eoque suscepta. Hanc enim potiore sententiam partem veterum peripateticorum fuisse video.

Sed aliarum prius specierum inanitate ostendamus. In phantasmate namque satis est intellectui præsens obiectum, satis cum eo coniunctum, satisque ab illo ad intelligendum, tum prouocatur intellectus, tum determinatur. Neque cogitandum est obiectum vera & propria in intellectu actione agere (quæ enim sit vel etiam intellectus speciei actio?) sed intelligendum, intellectum

potius velut cognoscentem facultatem in illud vel circa illud operari, dum illud comprehendit & iudicat. Quòd si agenti intellectui satis præsens sit & coniunctum, vt ab eo illuminetur; aptumque ad illud determinandum ad hanc potius, quàm illam, excitandam speciem: etsi intellectus immaterialis sit & phantasma immateriale, cur non sit intellectui patiens sit ad actum intellectionis promouendum? Intelligat aduersarii sub ordinatione facultatum animæ, antecedentemque subsequenti obiectum ministrare; exteriorem sensum sensui communi huncque phantasia, ac demum phantasma intellectui. Quare vt intellectus est naturaliter coordinatus phantasia, sit phantasma illius optime comparatum ad mouendum intellectum; quinque hoc neget, coordinationem facultatum harum negabit. Vt n. sensus communis formatus obiecto mouet phantasia, ita & hæc phantasmate formata mouet intellectum, & in tex. 10. dicebatur, intellectum sensitiuo iudicare calidum & frigidum, & quorum ratio quædam caro: si enim sine alterius, quàm sensitui, ope iudicium hoc facit, phantasia & phantasma necesse est illum immediate mouere. Deinde non potest species in intellectu imprimi, nisi à materia liberata materialibusque conditionibus spoliata & immaterialis facta: quod aduersarii fatentur. At ex tex. 15. & 16. quidquid abiectum est à materia, est actu intellectibile, immò actu intellectum, idemque quod intellectio & intellectus ipse. Nulla igitur ante intellectionem esse in intellectu potest intellectibilis species, aut post eam superesse: immò nihil aliud est, quam intellectio ipsa quæ est communis forma, quarum intellectus sit actu intelligens, tum res actu intellecta; hæcque verè in intelligentem transit. Tum verò species hæc aut ex nihilo creantur, aut ex phantasmatis alteriusque intellectus patientis potestate educuntur. Ex nihilo scitum est à naturali agente nihil fieri. Ex patientis autem intellectus potestate, siue ab agente intellectu solo, siue ab eo simul cum phantasmatis produci dicantur, produci nequeunt. Tum quia materialia quidem phantasmata in immaterialem intellectum producendo quidquam non posse agere, ipsimet aduersarii fatentur: agentis autem intellectus actio circa phantasmata dicitur occupari. Tum quia productio hæc tota abstractione ac separatione vniuersæ nature à singulis & materialibus conditionibus, quibus in phantasmate inuoluta tenetur, costare creditur, ex phantasmate igitur, non ex patientis intellectus potestate species istæ producuntur. Verùm si ex phantasmate educantur, quomodo in patientem intellectum mittantur? An ex vno in aliud subiectum migrabunt? At qua tandem virtute? phantasmaticine

Quidde
intellectibus
speciebus
pluribus
vixant

videndum
quæst.
11. &
17.

tine, an intellectus agentis? Materiale phantasma in immaterialem intellectum non agit, neque immaterialem speciem producit: sed est velut materia & obiectum, ex quo ab agente intellectu ea producatur; atque ut patiens, non ut agens. Nec intellectus agens vim aliam habere creditur, quam producendi species, intellectuelleque actu obiectum efficiendi. Vnicuique autem formæ proprium ac naturale est in eo ipso subiecto suscipi, ex cuius potestate educitur. Præterea multa sunt, quæ absque vlla specie certum est ab intellectu & quidem vniuersè cognosci: quemadmodum ipsiusmet natura, facultates, operationes, habitus, & immaterialia omnia; immò vel hæc ipsæ species, de quibus disputatur. Neque igitur, vt absolute intelligamus, neque vt vniuersas naturas comprehendamus, speciebus opus est. Sed & in phantasia sanè plurima sunt phantasmata intellectui agenti æquè præsentia; vt cum exteriores sensus simul omnes operantur, phantasiæque actu suppediant phantasmata. Neque fieri posset, vt ex vno potius, quam ex alio aut ex omnibus simul produceretur intellectibilis species: quippe naturaliter, non ex electione, agens omnia sibi præsentia illuminaret; nisi ab aliquo alio ad hoc potius, quam ad aliud, phantasma determinaretur. At quamnam cogitur determinans causa? Certè vt intellectus agens naturaliter operatur, ita quotiescumque aliquod phantasma adesse, ex eo semper produceret speciem. At quid necesse est quotiescumque Socratis offertur phantasma, hominis illicò aut animalis produci speciem? Verum singularia quoque materialia cognoscere intellectum nostrum antea demonstratum est, & ex aduersariis non pauci consentiunt. At ea sine specie cognoscuntur. Tum quia hæc abstractione producitur à conditionibus singularibus: atque idè cogitatur, vt vniuersa natura cognosci atque intellectui representari possit: quomodo igitur singulares conditiones representent? Tū quia cum intellectibilis omnis species sit immaterialis, inepta est singularis rei materialis cognitioni, neque appendices materia representare potest. Quòd si hæc sine specie intelliguntur, non est igitur species intellectioni necessaria: sed tum res singulæ, tum vniuersæ, in phantasmate cognoscuntur; singulæ, vt natura cum adiunctis omnibus conditionibus contracta & conuoluta proponitur; vniuersæ autem, vt intellectus distinguit singula, naturamque ab appendicibus separat solitariamque considerat.

Aristoteles.

Aristoteles quidem certè intellectum prodidit in tex. 5. nil eorum esse actu, quæ sunt; hoc est nullam eorum habere formam, notionem, aut speciem, antequam intelligat. Plato namque rerum omnium idealibus notionibus imbuta animam nostram esse docuerat: Aristoteles omnibus vacuam quousque intelligat, intelligendoque perfici atque omnibus exornari. Ex quibus verbis duo prorsus intelligas. Alterum, nullam speciem antecedere intellectionem in intellectu; nullamque aliam, quam intellectionis, actum in eo suscipi. Alterum, intellectibiles species philosopho nil aliud, quam intellectiones ipsas significasse. Eandem sententiam pulchrè exposuit in tex. 14. Nam cum rursum inculcasset, intellectum potestate quidem esse intellectibilia omnia; at

nullum eorum actu, antequam intelligat: tabelle subiecit exemplum, in qua nihil sit scriptum actu, sed quilibet inscribi possit. Quòd si intellectibiles illæ species intellectionem antecedant, actu nimirum fuerit & velut in scripta tabella, antequam intelligat: dum ipse non alios caracteres, velut actus & species, quæ intellectiones ipsas agnoscit. Rursus in tex. 30. & 39. post affirmabit, nunquam nos sine phantasmate intelligere; sed sensibile semper aliquod opus esse intueri phantasma. Quibus item verbis duo significat: tum phantasma esse aptum & sufficiens ad mouendum intellectum: tum præter illud nullam speciem aliam necessariam esse. Si enim esset, non phantasma, sed illam, intueretur intellectus. Porro hunc locum allegans, idem ipse philosophus in libro de mem. & remin. capite primo in sentiente solum parte memoriam posuit, nullam in intelligente. Quoniã enim phantasma, cuius intuitu intelligimus, primi est sensitiui; memoriam conficit per se primi sensitiui esse, ex accidenti autem intellectui, quatenus

Memoria intel- ligens.

intellectus phantasmatis vsu intelligit. Vt enim phantasia per se sensibile est, ex accidenti intellectibile quoque; sic sentiens memoria sensibilia per se, ex accidenti intellectibilia refert.

Themistius.

Quemadmodum, inquit Themistius eum locum exponens, qui Socratem videt, hominem item vniuersum intelligit: ita & memoria per se quidem circa phantasia versatur imagines, sed ex accidenti notionibus mentis obierit. Et rursum in libro secundo capite 19. reminiscenciam, quæ dianæ & intellectus functio est, dianæ motum in tali phantasmate esse definit: vt quemadmodum qui librum lecturus est, ad ea se vertit, quæ in eo scripta sunt; sic ad phantasmata quasi per legenda sese mens nostra conuertat. Atqui si præter phantasmata intellectibiles illæ darentur species, quæ in intelligente parte conseruarentur; esset nimirum in hac quoque parte intellectibile per se memoria, ab ea quæ est in sensu, distincta. Aristoteles autem ac Themistius non ex phantasmate primum elici formas, moxque intelligi atque in memoriæ thesauro conseruatas recordationem facere, vt isti loquuntur: sed in ipsomet phantasmate immediatè naturam vniuersam intelligi, eiusdemque inspectione recordari nos voluerunt. Sed cetera persequamur. Idem ipse interpret Themistius libro primo cap. 11. eiusdem operis de mem. & remin. tria duntaxat in sensu, phantasia, & intellectu agnouit: quibus absoluta & integra virtutum harum functio constet: obiectum sensibile, imaginabile, intellectibile: vim sentiendi, imaginandi, intelligendi, denique actum huius circa illud. Sensibilis aut intellectibilis speciei, tanquam inter obiectum & facultatem interiectæ, mentio nulla. Quia etiam ab actibus inquit circa sensibilia gigni in nobis velut typus & picturæ. Quibus verbis duo declarantur. Alterum; sensibile formam nequaquam antecedere, sed comitari potius sensationem & subsequi. Alterum; eam ab obiecto non immitti in sensum & imprimi: sed à sensu ipso circa obiectum operante produci & exprimi; nilque aliud, quam actum ipsum sensationis esse. De phantasmate, deque intellectibili specie idem intelligi voluit illudque phantasia actionem, hanc intellectus intel-

Triadã intelligendurã necessãriã.

OOOO iij

tionem significare. Quam ob causam in huius tertii libri interpretatione cap. 16. in intellectu asserit minus verè passionem nominari: verius dici perfici & absolui, dum è potestate in intellectiois actum transit. Intellectio igitur est intellectibilis forma, qua is perficitur, absolvitur, & fit actu. Quod apertis verbis id ipsum exponens in cap. 21. pronunciauit. Non enim, inquit, patitur intellectilia operans, seu actum promens: Græcè namque est *εργαζομαι*. Et rursus; Non patitur igitur ab intellectilibus, sed ipse illa fit atque in illa transit operando. Quare in cap. quoque 17. ita interpretatus est id, quod animam locum esse formarum philosophus dixit; vt ea translatione voluerit indicari eam quodam modo euadere ac fieri illa ipsa, quæ intelligit. Non inquam de speciebus intellectilibus ex phantasmatis haustis, sed de rerum cognitionibus, tanquam rerum cognitatum formis philosophi sententiã intellexit. Addidit in cap. 18. ex crebra repetitaq; hac intellectioe habitu cõparari, quo intellectus sit ipsa intellectilia, sed iactãtia & deposita: cum verbò actu operatur, tunc cum illis concurrat; & idè seipsum intelligit, quoniam intellectus nil aliud est, quàm ipsa intellectilia, suis habitu, siue actu spectentur. Quæ sanè dici verè non possunt, si intellectiles species ab intellectu, quæ habitu sit aut actu, diuersæ existant. Tum verò in cap. 19. vnã necessariò esse animæ vim, quæ tum singulas res ipsas compositas, tum earum essentiam vniuersam diiudicet: sed illas simul cum phantasia cognoscere: ad hanc autem percipiendam & materiam à contemplatione sua reiiciendam ipsum sibi solum sufficientem esse. Vt enim eadem est linea recta & flexa; sic idem est intellectus, qui tum res materiales & concretas, tum formam & speciem vniuersam comprehendit. Hunc autem intellectum non agentem, sed patientem esse constat: deque hoc est Themistio sermo. Denique in cap. 22. de intellectu potestate loquens, eum inquit entia materialia potestate intellectilia, detracta materia facere actu intellectilia. Itaque cum intellectum Aristoteles formarum locum appellauit atq; in anima dixit non lapidem, sed lapidis formam inesse; intellectilem formã significauit, non ab intellectu obiecto in intellectu impressam; sed intellectioem ipsam aut actu aut habitu, velut intellecti obiecti formam & similitudinem ab intellectu circa obiectum in phantasmate representatum expressam.

Alexan.
det.

Itaque ceteri quoque peripatetici tradiderunt. Nam Alexander in priore libro de anima cap. de intellectu practico & theoretico, formã vniuersam, quam aduersarii speciem intellectile esse autumant, nil esse aliud, quàm intellectioem dicit. Eiusmodi comprehensio, inquit, atque ex singulorum sensuum similitudine vniuersæ naturæ perceptio, intellectio est. Similium enim collatio intellectus est functio. Et statim quomodo intellectus sit formarum locus, qualesque suscipiat formas, comparatione facta cum sensu ita interpretatur. Intellectio, inquit, formarum circa materiam susceptio est. Et rursus; Cum ante intellectioem nil sit actu; vbi quid intelligit, id, quod intelligitur, fit. Siquidem intellectio illi adest, quod intellectæ rei speciem habet. Quod si intellectiles species diuersæ esset

A ab intellectu, tum susciperet eam intellectus, nec tamen intelligeret; tum per illam esset actu quidpiam, ante quàm intelligeret. Idem in cap. de intellectu, qui vt habitus dicitur, idem esse tradidit vniuersalem apprehensionem, & formas materia separari. Qui enim speciem quampiam, inquit, absque materia suscipit, is procul dubio habere videtur id, quod commune & vniuersale est. Vbi enim speciem hominis abdicatis materia appendicibus excipimus, nihil aliud, quàm commune hominem intuemur. Atqui apprehendere & intueri vniuersalia nonne intellectio est, patientisque intellectus actio? Eiusdem igitur est intellectili speciei cõditiones detrudere singulas, eamq; facere vniuersam. Addit; Etis, qui in singularibus vniuersale percipit, speciem sine materia recipit; quod dicit crebro fit, intellectus ille in nobis gignetur, qui habitu nuncupatur. Hoc ita est, intellectiles profectò species nil aliud, quàm intellectio & vniuersalis comprehensio fuerit, eiusdemque perfectio habitus. Rursum in cap. de intellectu secundum actum; Intellectus in habitu nil aliud esse videtur, quam deposita illa, conceruata, & quiescentes considerationes. Si igitur nil aliud conseruatur in intellectu, aut nullas Alexander intellectiles species agnouit; aut nil aliud eas, quæ intellectiones, esse iudicauit. Ac rursus: Intellectus habitu est, qui intelligere sit atque intellectilium rerum species per se recipere potest: Nimirum intellectiois actum promere. Alioqui species, quas isti iactant, antecedere intellectioem dicuntur; habereque iam eas intellectus, non recipere possit: De intellectu aut actu ita loquutus est: Intellectus actu nil aliud est, quàm intellecta species; at neque est actu, nisi per intellectioem; neque intellecta species aliud, quàm intellectio. Tum verò in cap. de intellectu & re intellectili: Rerum aut compositarum id quod est esse & earum formas intellectus intellectilia efficit, ea distinguens ab iis, quibus cum habent esse. Deque intellectu materiali & patiente sine dubio est sermo: tum quia nondum de agente dicere aggressus est, sed in materiali adhuc versatur: tum quia paulò post addit, immaterialem speciem esse intellectioem, huncq; esse id quod actu intelligitur. Id autem quod fit illud ipsum quod actu à nobis intelligitur, patiens intellectus est. Abstrahere igitur vniuersale resque materiales efficere intellectiles actu, quod Auerroës & Latini agentis intellectus munus esse inquit, patienti tribuit Alexander; idque sola ipsius cognitione atque intellectu cõsistere voluit. Cum autem subiunxit; Intelligens intellectus intellectu eius, quod intelligit, id quod intelligitur, fit ac tandem in extremo capite; Quapropter cuiusmodi species cū intelligitur, quoq; ipsa intellectus est; non autem citra intellectuem id euenit: mirum eandem sententiam confirmant, intellectumque putauit actu per intellectuem seu intellectualem speciem fieri; hæcque duo reciprocarunt tandemque valere; intellectam speciem & intellectuem. Ac demum tum in cap. de intellectu agente, tum in altero, quod anima est quodam modo res omnes; intellectuẽ definitiuit nil esse aliud, quàm speciei perceptionẽ & intellectuẽ rei intellectæ percepta speciei similitudinem.

In posteriori autem lib. cap. 15. de intellectu habitu; Intellectus habitu est, qui formas intellectu

» ciliū suavi concipere potest & apprehendere :
 » velut artifex qui habitum tenet & per se agere
 » potest. Et rursum, intellectus formam intelle-
 » ctibilis rei apprehendens & à materia se iungens, tum
 » ipsam formam actu intellectibilem facit, tum etiā
 » ipse actu fit. Et cap. de intellectu actiuo; forma
 » inquit, rerum tunc actu sunt intellectibiles & in-
 » tellectus, cum intelliguntur. Intellectus enim
 » formam rei apprehendens eamque à materia se-
 » iungens, tum ipsam actu intellectibilem facit, tum
 » etiam ipse actu fit. At intellectus, qui intelligit &
 » apprehendit, est intellectus patiens, non agens:
 » non ab hoc igitur, sed ab illo fit vniuersale & in-
 » tellectibile actu eiusque intellectio, vt apprehen-
 » sio, est intellectibilis forma. Et de intellectu agen-
 » te loquens cum ait velut suapte natura intelle-
 » ctibilem formam efficere, vt intellectus materialis
 » & patiens per relationem ad eiusmodi formam
 » separet, imitetur, & intelligat, singulaque ma-
 » teriales formas ac seipsum intellectibilem reddat.
 » Quid clarius dici poterat ad Auerois & Latinorū
 » sententiam destruendam? Omnino enim separare
 » seu abstrahere opus esse vult intellectus pa-
 » tientis. Sed neque illud magis obsecrum, quod
 » est in cap. 18. eundem intellectum, qui sensibilia
 » percipit, ea sibi reddere actu intellectibilia. Qui
 » enim intellectus sensibilia percipit, est is, qui pa-
 » tientis dicitur. Idem igitur ipse est, qui actu intel-
 » lectibilia facit. At is, quidquid facit, intelligendo
 » facit. intellectibilem igitur formarum procreatio
 » nil aliud fuerit, quam intellectio. Tum verò il-
 » lustris maximè sententia est in cap. 19. vbi intel-
 » ctum ostendens non pati, hoc aut eum à sensu dif-
 » ferre, quod nequaquam ab alio patitur, quem
 » admodum sensus à sensu & ideo illius apprehen-
 » sio per passionem fit: sed actiuus solum est vniuersus
 » hōc est intellectus enim plurimarum rerum
 » eum fit, simul etiam agens, vt eas intelligat, fit.
 » Proptereaque solum appellari patientem subiun-
 » git, quod formarum apprehensiuus sit, easque
 » ipsas, quas efficit, suscipiat item formas. Hoc
 » igitur, inquit, cum sensu commune est, vt for-
 » marum susceptiuus sit, sed illud proprium, vt earū
 » formarum quas suscipit, actiuus sit. Simul autem
 » eas per abstractionem intellectibiles facit & susci-
 » pit. Addit, ab intelligente intellectibilia fieri esse-
 » que actu talia, cum intelliguntur. Patientem au-
 » tem intellectum formas suscipere consentiunt
 » omnes: ille igitur ipse earumdem opifex est & ar-
 » chitectus, quippe qui solus intelligens est, neque
 » intellectibile actu ab alio, quam ab intelligente,
 » fieri potest. Hec Alexander.

Priscianus.

A ferentem adducit, intellectum in agendo res om-
 nes euadere (in agendo, inquit, non in patiēdo
 aliundeque suscipiendo) atque cum nihil intelli-
 git, res non esse. Eumque addit non ab externis
 formari, sed à seipso incipere, & que sunt cognos-
 cenda producere; resque ipsas inuenire, quatenus
 seipsum ingreditur atque cognoscibiliter agendo
 cognoscibilia hæc secundum sequentem & pro-
 ducentem ab essentia actionem efficit. Hæc enim
 sunt ipsius verba. Et cap. 8. cum in anima dicitur
 potestate esse, aut actu; de actione id intelligen-
 dum esse. Si igitur intellectus potestate dicitur ad
 intellectibiles formas, potestate dicitur ad intelle-
 ctiones; formæque intellectibiles nil aliud, quam
 patientis intellectus intellectiones, sunt. Et cap. 13.
 ipsum potentia intellectum species rationesque
 immateriales sibi inuitas contemplantem, secun-
 dum has ipsas excogitare species, tum à materia
 segregatas, tum materia distinctas. Ac demum
 in cap. 17. & 18. in intellectu intellectibiter acci-
 piendum esse, tum potestate esse, tum actu res ip-
 sas. Intellectumque qui potestate dicitur, etsi ab
 intellectu primo pendeat, non tamen tanquam
 aliunde mobilem neque tanquam ab alio perfici,
 sed seipsum perficere ad illū primum respiciendo.
 De Simplicio, Philopono, & Plutarcho, qui
 agentem intellectum & patientem vnum & eū-
 dem re ipsa intellectu esse voluerunt, minor mul-
 to, immò nulla dubitatio esse potest. Hinc enim
 Simplicius præsertim in com. tex. 7. intellectus
 receptionem ait esse immutabilem; quod non ali-
 unde, sed per propriam actionem receptio in ipso
 fiat. Atque his tandem verbis commentarium
 concludit; ex propria pura actione recipit; neque
 patitur, sed agens diuersa pati dicitur. Idem in com.
 tex. 9. & deinceps sepius. Et in extremâ pen-
 ditione tex. 16. habet hæc verba. Materialia
 ipsa intelligens (Intellectus scilicet patiens) circa
 ipsa quidem agit; non tamen in ipsa aliquid facit,
 neque aliquid ab ipsis patitur; sed iuxta causas,
 quæ in se sunt illorum perceptrices, cognoscitiua
 illorū promittit actionem. Nihil igitur à phantasmate,
 neque ab intellectu agente, accipit intellectus pa-
 tiens. Quoniam vt habet in com. tex. 19. intelle-
 ctibiles formæ sunt ipsius intellectus intellectiones.
 Denique ipsemet aduersariorum dux & ante-
 signanus Auerois in disputatione 3. aduersus
 Algazalem respons. 28. apud peripateticos ait
 hoc esse principium; Rem vnamquamque dupli-
 cem habere formam, vnam simplicem extra ani-
 mam, alteram intellectibilem in mente nostra:
 quemadmodum lapis tum formam habet sensibilem,
 qua lapis est; tum intellectibilem, qua nil aliud est,
 quam comprehensio & intellectio lapidis. Et in
 lib. de animæ beatitudine cap. 3. hoc intellectum
 distinguit à sensu, quod sensus est passio cum per-
 mutatione, in organo scilicet facta: at quod reci-
 pit intellectus ab intellectu, est solum receptio
 apprehensionis, qua est idem, quod ipse. Dilu-
 dioribus verbis non potuisset aduersarius senten-
 tiam tueri nostram.
 Quæ omnia diligentius à me collecta fuerunt
 & accuratius explicata, vt intelligeret quis,
 quænam hac de re veterum fuerit peripateticorū
 opinio, quidque nos (modo in illorum castris ve-
 limus consistere) opinari oporteat. Intellectibiles
 namque species eo modo, quo nunc plerique lo-
 quuntur, nunquam illis in mentem venerunt: sed

Significans.

Alter-
rois.

Intelle-
ctibus
species
quid.

intellectilem speciem & intellectionem rem eandem esse voluerunt; intellectionemque appellari ut ab intellectu proficiscitur illiusque actionem significat; intellectilem autem speciem ut perfecta quaedam est intellecta rei similitudo, actu illam exprimens & representans. Speciem inquam, cum expressam, tum impressam: expressam, ut ab intellectu promittitur; impressam, ut in illo suscipitur. Verum expressam à solo intellectu; impressam, tum ab eo ipso ut efficiente causa, tum à phantasmate ut obiecto: quippe obiectum mouens est phantasma: proptereaque intelligentem oportet intueri phantasma. Ita & intellectus cum intellectu obiecto coniungitur, formam illius suscipiens; & intelligere pati quoddam est, quia intellectus intellectionem promens, illam ipsam suscipit. Et intellectus est eiusmodi formarum locus, dum omnes in eo suscipiuntur: & is intelligendo fit omnia, quia omnia in se transfert, idemque cum intellectus rebus euadit: & in anima non est lapis, sed lapidis forma, quae lapis est intellectus animoque comprehensus: ac demum in anima tum agens, tum patiens intellectus nominantur; non tamen re, sed ratione distincti; quatenus enim idem intellectus producit & suscipit intellectionem, & agens dicitur & patiens.

Intellectus agens

DE ANIMA

Itaque cum intellectum posuisset philosophus in eo conuenire cum sensu, quod is potestate sit ad intellectibilia, ut ad sensibilia sensus; atque intelligendo patiatur, quemadmodum sentiendo sensus: discrepare autem in eo, quod cum intelligat omnia, non certum aliquod entis generis ut sensus; cum nullo permixtus sit, & ideo impatiibilis ab externis obiectis. Tandem eum voluit cum sensu quidem atque ad eum reliquis omnibus conuenire, ut agentis utramque & patientis differentiam admittat: sed hoc praestare ceteris, quod in seipso utramque unitam habeat; neque perficiatur ab alio, sed à seipso; idemque ipsemet, & agens & patientis vim habeat. Non enim passiuus est intellectus natura sua, inquit Alexander in 2. lib. de anima cap. 19. ut ab alio fiat & patiatur, quemadmodum sensus: sed actiuus est. Nisi fortasse passiuum dicere velis, quatenus formarum apprehensiuus est. Pati namque videtur id, quod recipit atque apprehendit. Quapropter commune cum sensu habet, ut actiuus sit earum formarum, quas excipit. Atque hoc est illud in tex. 17. (necesse est has in anima differentias existere) eum enim non ab alio perfici queat intellectus, à seipso perficiatur necesse est; idemque ipse & agens & patientis vim habeat.

Intellectus agens

Porro crebra operatione sapiusque repetita intellectione atque intellectuum huiusmodi formarum productione & susceptione acquiritur ille intellectus habitus, qui ut in ceteris, ita in hoc tum firmam & radicatum qualitatem significat, tum aptitudinem ac facilitatem ad operandum eisdemque res intelligendum; qua potest, ubi libuerit, ad phantasmata sese conuertere atque in illius phantasmatum inspectione sapius exercitatus intellectilem statim speciem, hoc est intellectionem, promere atque in contemplatione versari: quod antea, cum rudis & inexcitatus esset, omnino sine labore diuturnioreque consideratione non poterat. Nam & intellectus habitus potestate esse ad intelligendum dicitur in tex. 8. at non eodem modo, quo antequam addidisset aut inueniret. Sem-

per enim potestate est ad intelligendum: sed antea remotior potestas est, & quae non sine labore ad actum reducat; post propinquior, facilis, & expedita euadit. Hoc nomine dicitur magis sentire sensus ab intellectu. Quoniam sensus à natura est potestate propinqua & absque adiutore vultur labore & exercitatione sentire potest sensuumque species recipere: quam ob causam in tex. 19. lib. 1. dicebatur esse, ut is, qui scientiam habitum habeat. Intellectus autem non item; sed labore & exercitatione facilitatem illam comparare sibi debet.

Verum ad agentem intellectum reuertamur totamque hanc disputationem aliquando concludamus. Nam si ea est, quam exposui, eius naturae, nullo negotio grauis illa alioqui lis componitur, quae de illius muneribus atque officiis inter eos est, qui secus sentiunt. Etenim sanctus Thomas alii que plerique vim illius in eo agnoscunt, ut agat in phantasmata, eaque illuminet & actu intellectibilia faciat. Alii in intellectum potius patientem ut in eo intelligendi actum producat, eumque perficiat. Alii demum in utrumque: quae Auerrois videtur fuisse sententia. Interdum enim cum agere dixit in intellectum patibilem, ut eum ad actum perducatur: interdum in phantasmata, ut ea de gradu in gradum transferat, hoc est cum essent materialia & potestate intellectibilia, immaterialia efficiat actumque intellectibilia. Vnicum ego illius munus agnosco in eo, ex quo nomen accipit. Agens namque dicitur propterea, quod agat. Intellectus autem actio est intellectio. Nam dum omnino illum intelligere negant aduersarii, pugnantia loqui videntur, intellectum non intelligentem asserentes. esset. n. ut in superioribus licet aliud agens, inquebat Philoponus, *ut est agens, mens & agens, intellectus & non intellectus, seu intellectus expertus intellectus*. Itaque intellectus agens dicitur, quod intellectio nem promat, intelligendique principium sit & agens causa. Quemadmodum & intellectus patiens & materialis nominatur, quod eam velut subiectum & materia suscipiat. Haec verò agentis actio tum phantasmata comprehendit ut obiectum; circa quod intelligendum versatur: tum patientem intellectum ut subiectum, in quo ea suscipitur. Propterea tum arti comparatur in tex. 17. tum lumen in tex. 18. Ut ars, patientem intellectum perficit, velut materia; ut lumen, phantasmata actu intellectibilia, & immo & intellecta facit; sicut lumen colores actu videt, immo & visos.

Quocirca quod quaeritur, an intellectus agens intelligat, ita explicandum est. Intelligit sane efficienter; at non formaliter. Intelligit inquam, ut intellectio actionem intellectus significat. hanc agens siquidem ipse producit: mirumque omnino siquid sensus agendi & producendi sentio circa propositum obiectum vim habeat, intellectus non habeat. Non intelligit autem, ut obiecti cognitionem ac comprehensionem velut cognitum & comprehensum obiecti formam in cognoscere suscipiam & passionem quandam indicat: quippe haec patientis intellectus est propria. Et haec quidem duos hoc intellectus ratione separatis dicimus. Alioqui cum vnus & idem re sit, & producat, & suscipiens intellectionem: is sane intelligere dicendus est; non ut agens est, sed ut idem ipse suscipiens & patiens. Qui verò aduersus haec obijciunt,

separatum & in se manentem refert; habitus autem & artis ad eum, qui ad corpus & secundas inferiorum facultatum vitas progreditur. Ars enim à materia tractanda in artificis mente residet separata; habitus & lumen in habitibus habitum illuminantisque corporibus sunt, & cum illis complicantur. Sed quoniam idem est intellectus & in se manens & progrediens, & quodammodo separatus & complicatus; idem & arti & habitui ac lumini similis esse affirmatur. Magis tamen lumini, quam habitui: quod habitus nullo modo separari possit; ac lumen actus est, qui ita illuminato corpori adest, ut ab eo separetur. Quam ob causam factum sit, ut cum habitum & lumen philosophus nominasset, habitu prætermisso, luminis exemplum explicaverit. De hac opinione Simplicii de intellectu manente & progrediente, in superioribus dictum est. Iam quod habitum & lumen distinguat, & velut exempla diuersa accipiat; id sane probandum est: sed quomodo utrumque dicatur, in præfata explicandum.

Tribus autem modis explicari potest. Primum; ut habitus artem significet, quam paulò ante nominauerat: nuncque arti nomen in habitum mutatum sit, quod ars habitus quidam sit. Quæ expositio consentanea maxime videtur. Cum enim in omni genere aliquid esse dixisset, ut materiam & potestatem ad omnia, quæ ad illud genus pertinet; aliud autem ut causam & efficiens, quod omnia illa faciat, ut ars ad subiectam sibi materiam: illud ipsum cõtraxit ad animam, atque in ea intellectum quendam agnouit ut materiam & potestatem qui omnia fiat; & alterum, ut habitum & artem, qui omnia faciat. Ita tum ex arte, tum ex natura; tum ex intellectu, tum ex sensu, exempla protulit. Ex arte & intellectu habitum, qui in intellectu residet: ex natura & sensibus lumen. Estque Aristoteli familiare, tum ex artibus naturalia, tum ex sensu intellectum & ex sensibilibus intellectilia declarare.

Altera expositio fuit Alberti; habitum proprie nominari pro qualitate in intellectu firmiter habente: intellectumque agentem velut habitum esse; quoniam per eum agitur nisi quando vult, neque alio forinsecus mouente, ut operante indiget. Quippe habitus in illo, qui eum habet, agendi principium est.

Tertia expositio fuerit, habitum non dici tanquam exemplum, sed tanquam attributum: ut sit sensus, intellectus agens est habitus, velut lumen: habitumque perfectionem significare. Hic enim intellectus omnia facit velut habitus & perfectio; tum prioris intellectus, qui velut imperfectus omnia fit; tum phantasmatum, quæ actu intellectilia facit. Imperfectioni enim perfectio, & potestati actus seu habitus passim opponitur. Intellectus autem agens est perfectio; non ut forma, sed ut agens, quemadmodum nomen ipsum significat; dum phantasmata distinguit & intellectiõnem seu intellectilem formam formalemque perfectionem in patiente intellectu producit.

Hoc luminis exemplum illustrabit. Ut enim lumen colores illuminando, qui potestate aspectabiles erant, actu aspectabiles facit; estque causa, ut ab aspectu cernantur: sic agens intellectus phantasmata intuens, quæ potestate intellectilia sunt, actu intellectilia facit; estque causa, ut à patiente intellectu comprehendantur. Non absolute dixit lumen

A colores producere (nam in 1. lib. disputatum est, eos in tenebris quoque colores existere) sed quodam modo, hoc est ut aspectabiles sunt. In tenebris namque colores quidem sunt; sed potestate aspectabiles, non actu; actu autem aspectabiles sunt accedente lumine. Neque hinc Simplicius colligit, eodem modo in patiente intellectu inesse naturarum omnium notiones ac formas, sed obscuras & incognitas; conspicuas autem & cognoscibiles ab agente intellectu fieri. Academicum est hoc, non peripateticum. Iam enim princeps noster patientem intellectum impermissum esse, ac formas omnibus vacuum posuit. In eoque potius præsentium verborum similitudo versatur; ut quemadmodum colores aduentum luminis antecedunt, obscuri & potestate solum aspectabiles; ita in phantasmatis naturæ rerum ac notiones inuoluntæ & potestate intellectiles continentur. Neque enim, si obscuri illi colores non in sensu, sed in coloratis corporibus insunt; æquum est, ut à nobis Simplicius rerum notiones non in phantasmatis, sed in intellectu antecedentes postulet.

Propterea ut verè adnotauit Auerroës (qui aliqui minus fidelem habens textum in primis lapsus est verbis; dum triplicem hic intellectum agnouit, materiale, agentem, & qui est habitus artis & luminis exemplis duo agentium genera significauerunt; agensque intellectus luminis magis, quam arti similis est: & idèd post nominatam artem luminis exemplum adiunctum est. Ars namque in materiam omnino priuatam inducit formas: lumen antecedentem habet formam, obscuram: eamque claram, distinctam, & perspicuam facit. Et intellectus agens rerum naturas iam in phantasmatis habet, sed inuoluntas detegit, actumque intellectiles efficit.

Quo argumento Alexandrum quoque agentem intellectum Deum esse afferentem virget; Philoponus. Deus enim rerum omnium naturas absolute producit; intellectus non producit, sed intellectiles facit: & idèd Deus Soli, non luminis; intellectus agens luminis, non Soli, similis. Porro in his tum ex arte, tum maxime ex sensu intellectus naturam philosophus docuit.

TEXTVS.

Kai houtos estis paxistos, & autote, kai autote ta dika dienes, kai di ta paxistos to autote, & autote, & autote tis vns.

Et hic intellectus separabilis, & impermissus, & tan imparibilis, substantia existens actu. Semper cum basitabilis agens patiente, & principium materia.

COMMENTARIVS XCIIII.

Sive nunc agentem intellectum dixeris cum patiente comparari; docerique, quid cum illo habeat commune, quid proprium: siue qualis ille intellectus sit, quæue illius proprietates & attributa: perinde fuerit. Quatuor enim proprietates exponit, tres cum intellectu patiente communes, & quartam solius agentis propriam. Patientem in superioribus docuit imparibile esse, impermissum, & separabilem; eadem nunc de agente affirmat.

Dardanus

Intelle-
ctus a-
gens ut
habitus

Intelle-
ctus a-
gens ut
lumen.

*Intelle-
ctum
agentis
impati-
bilem
esse, im-
permissi-
um, &
separa-
bilem.*

Sed aliam patientis naturam dicebat non esse, nisi hanc, quod potens sit: agentis autem substantiam nunc aliter esse actum. Quod ex superiori demonstratione consequens erat. Nam si patientis principium potestas est, agendi actus; sanè patientis intellectus substantia potestas fuerit, agentis actus. Sed propria nunc adferretur probatio. Semper enim, inquit, honorabilius agens patiente & principium materia. Quæ etsi ad tres tantum priores conditiones demonstrandas referatur à plerisque; arbitror tamen eam non temere fuisse à philosopho non statim illis appositam, sed post quartam quoque adiunctam: nimirum ut omnes comprehenderet: consueto scilicet vrens compendio. Sed si ea, quæ intellectui patienti communia sunt, spectentur; argumentum continet à minori ad maius: intellectus patientis impatiibilis est, impermissus, & separabilis; multò igitur magis eiusmodi fuerit intellectus agens, qui melioris, ac diuiniore est conditionis. Quippe agere est potius, quam pati, & actus potestate melior; atque intellectus hic alterum perficit & de potestate ad actum traducit, & velut artifex materiam perpolit & exornat. Itaque etsi vtrique intellectui communia hæc sint, agenti tamen excellentiori atque honorabiliori conueniunt modo.

*Intelle-
ctum
agentem
esse sub-
stantiam
actum.*

Sin autem consideretur id, quod agentis intellectus dicitur esse proprium; hæc erit simplex & absoluta argumentatio. Intellectus patientis est potestate, agens igitur est actus: quippe honorabilius est agens patiente, potiorque potestate actus. Aut si maius; Actus melior est potestate, agensque honorabilius patiente; sed patiens est potestate; agens igitur actus.

Addit (& principium materia) principium Philoponus interpretatur formam, quæ melior est materia. Sed sciens est actuum principium intelligere: quippe & de agente intellectu est sermo; & artis ac luminis, quæ ut agentia sunt, antea fuit mentio; & agens intellectus comparatione patientis, vim agentis habet, non materia. Potuisset hæc quoque adferri probatio. Patiens est potestate, fitque actu ab agente; sed quod facit aliud esse actum, ipsum quoque necesse est esse actum; agens igitur est actus. Verum hanc probationem philosophus breuitari studens non explicauit; contentus eam se satis insinuasit; tum in hac ipsa, quam nunc attulit; tum in superiori, qua patientem intellectum dixit fieri actum & fieri omnia ab hoc agente.

Philoponus autem in separabili dixit impermissum & impatiibile contineri. Quod enim est separabile, impermissum est & impatiibile. Quam ob causam fortasse credideris primo loco separabile nominatum, quasi cætera inde consequerentur. Sed cum antea de patiente intellectu hæc eadem affirmasset, non eum seruauit ordinem: sed impatiibile primum nominauit, deinde impermissum & separabile. Cuius diuersitatis causa fuit; quod cum principio accepisset, intelligere esse quoddam pati; ne in primo errares disputationis ingressu, intellectum intelligens vere ac proprie pati; debuit illicò admonere impatiibilem eum esse, deinde impatiibilitatis causam docere; quoniam impermissum est; tum demum ex his consequens erat, separabilem eum esse. Iam verò de agente intellectu disserens, à separabili principium fecit: quoniam eum dixerat, velut efficientem causam esse, & vt artificem & lumen: quæ omnia separabilia sunt, immò & se-

parata; efficiens causa & artifex à materia, quam tractat; & lumen à coloribus, quos aspectabiles facit. Propterea separabilem statim intellectum quoque esse subiunxit: & cum ab ultimo prioris ordinis incapisset, impermissum deinde & impatiibile addens, eodem ordine ad primum peruenit. Consequuntur autem sese vicissim hæc attributa; nec minùs impermissum & impatiibile separabili continentur, quam quolibet horum vno reliqua duo contineantur. Si tamen prioris ac posterioris ordo quispiam ponendus sit; primum omnium est impermissum, deinde impatiibile, tum separabile.

*Intelle-
ctum agē-
tem dicit
non esse.*

Quoniam enim cum materia & cæteris rebus impermissus est, est etià impatiibilis: & quia non patitur, immortalis est & separabilis. At vbi separabilem intellectum hunc dicit, quemadmodum & patientem dixerat; non minùs illum, quam hunc, animæ virtutem esse ostendit. Si enim Deus aut omnino separata substantia foret; non separabilem, sed separatum dixisset.

Quod verò idem interpres habet, intellectum agentem substantia operari, eiusque substantiam non esse aliud ab illius operatione; cautè omnino accipiendum est. Verissimè namque ipsemet aduersus Alexandrum in superiori commentatio arguuntur, id solius Dei proprium esse. Atque in cæteris omnibus substantia, virtus, & actio distinguuntur. Sic igitur ipse interpretatur; intellectu substantia agere, quòd vt sciens agat, scientiaque scientis substantia sit. (substantia verò nunc essentiam significat. Sed duobus modis peccat. Primum, quòd de intellectu habitu interpretatur id, quod de agente à philosopho vniuersè dictum est. Deinde minùs fideliter accipit verba philosophi. Non enim is intellectum dixit substantia agere; sed *ἡ δὲ δύναμις ἐνεργεία*, substantia existens actu. Aut si non *ἐνεργεία*, sed *ἐπέχεια*, non actu, sed actus legatur; tantundem fuerit. Intellectum inquam agentem substantia esse actu, aut actum; quia patientis potestatem perficere atque actu facere debet: hocque à patiente distinguitur, qui substantia est potestate; nec actu, nisi per intellectilem speciem: is verò actu seipso; quia non est potestate ad suscipiendum quiddam, sed solum ad agendum. Quò si quis *ἐπέχεια* non actum primum, sed actionem significare contendat; substantiam eius interpretabimur actionem esse, hoc est actione constitui, sicut patiens passione constituitur; atque actione eum ab hoc altero distingui. Respondebuntque hæc verba superioribus illis, quibus alterum horum intellectuum posse dixit omnia fieri, alterum omnia facere. Sic enim distinguuntur, vt in altero consideretur passio, in altero actio; tanquam differentia hos duos intellectus distinguens. Duos inquam, siue re, siue ratione distinctos: siquidem etsi ratione sola separentur, idem ipse intellectus, vt agit, agens; vt patitur, patiens appellabitur; illiusque essentia vt ab altero distinguitur, actio fuerit; alterius passio.

*Intelle-
ctus agens
substantia
vs
actus,
seu actio*

Verum Simplicius de intellectu manente & progrediente per multa hoc loco differit, vt quomodo intellectus partim separatus, partim separabilis, & impermissus item & impatiibilis sit, ostendat: quæ, quòd peripatetica non sint, libenter prætermitto.

TEXTVS.

Ἰδὲ αὐτὸ ἢ ὅτι ἢ κατ' ἐπέχειας ἐπιπέσει τῷ αἰσθητικῷ.

Idem autem est scientia in actu & res.

COMMENTARIVS XCVIII.

DVobis modis hic interpretes video dissentire. Altero, quorū hęc verba pertineant. Altero, quę sit illorum sententia. Etenim sanctus Thomas non ampliū de agente intellectu, sed de eo, qui est actu, putauit disserere: tresque illius conditiones commemorari; quōd scientia actu, & res scita idem sint; quod scientia potestate in eodem homine scientiam actu antecedit; quōd non aliquando intelligat, & aliquando non intelligat. Ceteri verō de agente adhuc disputari voluerunt.

Certē si intellectum actu propriē nominemus, vt in superioribus demonstratum est; eumque significet, qui post comparatum habitum operatur; commemoratę conditiones non solum intellectui actu conueniunt; qui post habitum operatur; sed illi quoque qui ante habitum: quem mea quidem sententia agentem, vt actionis principium est, appellari posse iam docui. Atque ita Philoponus alique ferē Gręci intellectum actu eum nominant; quoniam eum substantia esse actu philosophus prodidit. Sed Philoponus interiectum quidpiam & quasi pręter inchoatum sermonem propositis verbis contineri credidit. Cū tamen ad distinguendum agentem intellectum à patiente (quod facere aggressus fuerat, cū substantia esse actu dixit) magno opere spectet, vel reliquorum omnium iudicio. Alternam igitur est hoc discrimen; quod ita intellexit Themistius in cap. 25. suę expositionis: Vt intellectus agens & intellectus sit & intellectibilis, quemadmodū idem est scientia actu cum eo, quod scitur. Alia tamen atque alia ratione: & quatenus ipsemet est agēs, intellectus dicitur; quatenus verō patientem intellectum, qui potestate est, amplectitur, intellectibilis sit. At philosophi verbis vim infert; alioqui transit, quā ipsa significant: & intellectus agens non solum vt patientem amplectitur, verū etiam per se consideratus, vt agens est, intellectibilis est, quoniam est actu; actusque est ratio, vt quidpiam intellectibile sit. Immo intellectus patientis, quōd est potestate, potestate item, non actu, intellectibilis esse iudicatur; actu autem, cū fuerit ab intellectu agente singula factus. Cū igitur intellectus agens à patiente distinctus fuerit, quōd ille sit substantia actu, hic potestate; alterum inde discrimen deducitur. Quia enim alter est actu, alter potestate; consequens est, alterum esse idem cum re intellecta, alterum ab intellecta re diuersum: quippe materiam & formam, potestatem & actum, diuersa esse oportet. Intellectus agens dicitur, quatenus intellectio nis actum promit; patientis, quatenus eum suscipit: intellectio & res actu intellecta, scientia & res actu scita, idem sunt: intellectus igitur agens & res actu intellecta idem sunt;

Intellectus agens & res intellecta, idē.

A intellectus patientis non item. Cū intellectu item agente idem est res actu intellecta; quoniam hęc actu in eo est. Non item cū patiente; quoniam in hoc actu non est res intellectibilis, cū sic potestate; potest esse.

Sanē hoc totum ex vi & natura cognitionis peti videtur. Cuius clarior notio adferri non potest, nec operabilem vnquam exposuere philosophi; quāmeam esse rei cognitę assimilationem cum cognoscente; seu operationem, qua obiectum im primitur facultati atque in eam transformatur. Obiectum namque cognitum necesse est in cognoscente suscipi si cognoscere pati quoddam est ab obiecto, vt in 2. lib. positum est. Suscipitur autem, non vt est in se, sed immateriali quodam modo & absque vlla mole, per ipsum cognitionis actum; qui vt est immans, ita vim habet vniendi sibi atque in se transformandi obiectum cognitum. Quare anima cognoscente fit omnia modo quodam à materia magis eluato, quā ipsa sint in se. Estque necesse, vt id, quod cognoscit atque huiusmodi actu vni sibi & in se transformat omnia, habeat esse quodam modo immateriale: & si rem cognitam tracturum est ad esse penitus immateriale, hoc est ad esse non quouis modo cognitum, sed etiam ad esse intellectum; oportet id, quod intelligit, omnino esse immateriale. Quam ob causam immaterialitas principium esse dicitur & ratio intelligendi; solaque immaterialia intelligunt, Deus, Angelus, humana anima; & quidquid est immateriale, est item intelligens & contrā. Diximus hac de re pluribus in digressione post commentarium 92. cū ibidem etiam scientiam & id quod scitur, dixisset philosophus esse idem. Et nunc rursus idem autem est scientia in actu & res. Scientiam enim dicit intellectus cognitionem quamcumque: hacque voce, vt simplicius admonet, intellectum significat, quem substantia dixerat esse actu.

B At quod eum addit agentem intellectum voluisse ab intellectu separato atque à sensu distinguere; ab altero quidem, dum agentem intellectum scientiam dicit; quasi non solum intellectus sit, sed etiam ratio; quippe scientia cognitio rationalis est: ab altero autem; scientiam inquiring esse idem cum re scibili: nam in sensu forma diuersa est à sensibili. Quare philosophum nostrum Platonis interpretem præstantissimum dicit. Etenim Plato cognoscentium facultatum hunc ordinem posuit. Primō intellectū supra rationem, neque ex vno in aliud transeuntem. Secundō humanā rationē cū transitu intelligentem. Tertiō opinionē, hoc est sensibilem secundū rationem cognitionē. Postremō sensum, irrationalem eorumdem comprehensionem. Aristoteles autem intellectum nostrū cum ratione cognoscentem visus est quasi mediū inter intellectum absolutum & sensum ponere. Hoc inquam minimē probandum est: neque credendum, eiusmodi quidquam philosophum cogitasse; aut Platonis, cui perpetuō aduersatur, interpretem nunc egisse. Suam potius ipse de agente intellectu sententiam explicauit. Neque verum videtur id, quod dictum est; in sensu formam à sensibili diuersam esse. Eodem enim ferē modo, quo in intellectu, cognitio idem est cum re cognita, sensu cum re sensu percepta, Quippe ratio ex vi & natura cognitionis petitur.

C Quam ob causam immaterialitas principium esse dicitur & ratio intelligendi; solaque immaterialia intelligunt, Deus, Angelus, humana anima; & quidquid est immateriale, est item intelligens & contrā. Diximus hac de re pluribus in digressione post commentarium 92. cū ibidem etiam scientiam & id quod scitur, dixisset philosophus esse idem. Et nunc rursus idem autem est scientia in actu & res. Scientiam enim dicit intellectus cognitionem quamcumque: hacque voce, vt simplicius admonet, intellectum significat, quem substantia dixerat esse actu.

D At quod eum addit agentem intellectum voluisse ab intellectu separato atque à sensu distinguere; ab altero quidem, dum agentem intellectum scientiam dicit; quasi non solum intellectus sit, sed etiam ratio; quippe scientia cognitio rationalis est: ab altero autem; scientiam inquiring esse idem cum re scibili: nam in sensu forma diuersa est à sensibili. Quare philosophum nostrum Platonis interpretem præstantissimum dicit. Etenim Plato cognoscentium facultatum hunc ordinem posuit. Primō intellectū supra rationem, neque ex vno in aliud transeuntem. Secundō humanā rationē cū transitu intelligentem. Tertiō opinionē, hoc est sensibilem secundū rationem cognitionē. Postremō sensum, irrationalem eorumdem comprehensionem. Aristoteles autem intellectum nostrū cum ratione cognoscentem visus est quasi mediū inter intellectum absolutum & sensum ponere. Hoc inquam minimē probandum est: neque credendum, eiusmodi quidquam philosophum cogitasse; aut Platonis, cui perpetuō aduersatur, interpretem nunc egisse. Suam potius ipse de agente intellectu sententiam explicauit. Neque verum videtur id, quod dictum est; in sensu formam à sensibili diuersam esse. Eodem enim ferē modo, quo in intellectu, cognitio idem est cum re cognita, sensu cum re sensu percepta, Quippe ratio ex vi & natura cognitionis petitur.

E Postremō sensum, irrationalem eorumdem comprehensionem. Aristoteles autem intellectum nostrū cum ratione cognoscentem visus est quasi mediū inter intellectum absolutum & sensum ponere. Hoc inquam minimē probandum est: neque credendum, eiusmodi quidquam philosophum cogitasse; aut Platonis, cui perpetuō aduersatur, interpretem nunc egisse. Suam potius ipse de agente intellectu sententiam explicauit. Neque verum videtur id, quod dictum est; in sensu formam à sensibili diuersam esse. Eodem enim ferē modo, quo in intellectu, cognitio idem est cum re cognita, sensu cum re sensu percepta, Quippe ratio ex vi & natura cognitionis petitur.

TEXTVS.

TEXTVS.

Η δ' οὐκ ἀνάγκη, ὅτι καὶ ἀναγκαῖον ἐστὶν ἴσιν. ὁμοίως δ', ἐὰν ἴσιν ἀλλ' ἐπὶ τῷ ἴσιν, ὅτι δ' ἐπὶ ἴσιν.

Tex. 10. Quae autem secundam potestatem, tempore prior in vno omnino verò nec tempore. Sed non aliquando quidem intelligit, aliquando autem non intelligit.

COMMENTARIVS XCIX.

Intelle-
ctus
prior,
agens
an pa-
riens.

Cap. 16.

Cap. 16.

Agens
intelle-
ctus
quid.

Qua fuerit horum verborum interpretatio S. Thomae, dictum est in superiori commentario. Verior erit Graecique consentanea magis, si in agentis intellectus cum patiente comparatione persistamus. Hoc enim additur; patientem intellectum, quippe qui potestate sit, tempore priorem esse, agentem posteriorem. Ille namque in pueris statim natis inest impolitus & imperfectus; hic post expolitione ac perfectior accedit ille veluti rudis tabella, hic tanquam scriptor; ille vt materia, hic vt artifex; ille demum vt potestas, hic vt actus. Et omnino, vt cum Themistio loquar, omnis habilitas preparatioque prior tempore, quam actus, contingit. Nec enim quidquam omnium est, quod possit primordio sui perfici; sed superinchoatio quaedam & rudimentum praemittitur, antequam finis & absolutio, ceu fastigium rebus accedat. Omnia, quae sunt, quaeque aguntur accerrimè, leuiores principijs natura praetexit; semperque quod minoris est, eodem in genere priorem ortum habet, quam quod pluris.

Quemadmodum autem scientiam actus agentem intellectum dixerat, ita nunc scientiam potestate intellectum patientem nominat: quod ille substantia actu sit, hic potestate. Hinc non leue argumentum sumes, agentem intellectum philosopho eum fuisse, quem antea definiuimus: eundem inquam cum patiente, sed quatenus operatur atque intellectionem promit. Propterea namque & substantia eum actu esse dixit, & ab actione scientiam illum appellauit, & patiente posteriorem nunc esse affirmat. Quae minimè verè & accommodatè dicerentur, si separata quapiam substantia foret. Antecederet is nimirum patientem intellectum nostrum; velut separata substantia eum, qui cum ortu nostro principium haberet.

Nec sine causa potestatis & actus mentio: sed vt causa item significaretur, cur alter altero prior sit aut posterior. Namque in vno & eodem potestas actum antecedit. Propterea etiam adiecit (in vno. Vel enim fortasse vnum & eundem esse agentem & patientem intellectum significauit, qui potestate primum sit, deinde actu. Vel vnum & eundem hominem dixit, qui rudis primum est & scientiarum capax, tum actu illis excolitur: alioqui in 9. Metaph. lib. tex. 13. actum priorem potestate esse posuit, ratione, substantia, & tempore, non in eodem numero, sed specie. Itaque cum addit (omnino verò nec tempore) illud (omnino) speciem vniuersam significabit: vel vt ait Philoponus, in vniuerso mundo: vel vt Themistius & Auerroës, simpliciter. Eritque philosophi sententia, scientia seu intellectum potestate priorem esse scientia actu agentis intellectu, si in vno & eodem homi-

A ne considerentur; at si in tota humana specie, non item; quia si potestate est in vno, actu antea fuit in alio, à quo alter ille, qui potestate est, excolitur atque ad actum traducitur. Ita haec duo philosophi loca constabunt optimè, alterque alterius interpretatio fuerit.

Philoponus tamen aliam non contemnendam posteriorum horum verborum interpretationem significat: qua non dicatur in vniuersa specie priorem esse actum; sed in indiuiduo quidem potestate esse priorem, in specie autem (quoniam Aristotelis opinione mundus est aeternus) neque potestate priorem esse actum, neque actum potestate; sed simul vtrumque. Atque hoc esse illud (omnino verò nec tempore) quo non prioritas actus asseratur, nec potestatis negetur prioritas.

At Alexander, vt est apud Auerroëm, eum agentem intellectum primam esse causam posuisset, intellectumque patientem velut preparationem ad agentem illum recipiendum; interpretatus est priorem esse comparatione singulorum hominum, quibus aduenit intellectus agens: omnino verò, hoc est simpliciter & absolute & per se consideratum intellectum agentem esse priorem. Quae tota interpretatio ex falsa de agente intellectu opinione profecta est.

Simplicius autè potestatem tempore priore esse actu, in iis tantum, quae oriuntur & occidunt, concedit esse verum. Omnis namque ortus ex imperfecto ad perfectius tendit, imperfectumque tempore prius est. Propterea adiectum putat (in vno) hoc est in generabilibus. At in perpetuis, quae aliquando intelligunt, & aliquando non intelligunt, neutrum altero priorem esse; cum semper alternatim sibi succedant. Itaque in composito quidem homine corruptibile priorem actu potestatem esse, at in incorruptibili anima non item. hoc enim Simplicio significat illud (omnino autem, hoc est in anima seorsum considerata) sed illi solum conuenit, vt aliquando intelligat, & aliquando non intelligat. Sic enim ipse affirmando legit haec verba. Verum meminisse Simplicius poterat; posse ab ipso esse in perpetuis nihil differre, vt est in tex. 3. lib. 3. Phys. neque in illis admittit philosophus potestatem actu carentem; aut ea esse interdum potestate, interdum actu, interdum operari, interdum non operari. Deinde cum scientiam actu agentem intellectum significare voluerit; vbi philosophus eam dixit idem esse cum re; scientiam potestate intellectum patientem interpretari debuisset; dumque intelligendi actum interpretatur; omonymiae vitium philosopho in breuissima oratione inurit. Nimirum propterea interpretationem mutauit, quod si patientem intellectum fuisse interpretatus, exponere non poterat, quomodo is agente intellectu prior tempore sit; cum patientem ab agente promittit; dum corpori iungitur, antea posuisset Simplicius.

TEXTVS.

Αλλ' οὐκ ὄντα ἴσιν ἴσιν, ὅτι δ' ἐπὶ ἴσιν.

Sed non aliquando quidem intelligit, aliquando autem non intelligit.

PPPP ij

COMMENTARIUS C.

S hęc verba cum Simplicio legeres affirmando (aliquando quidem intelligit, aliquando autem non intelligit) nullam difficultatem haberent. At cum ceteri omnes negando legant, omnino existit maxima. Et plerique sanè de agente intellectu interpretantur: quem qui separatam substantiam faciunt, semper intelligere inquirunt, si per se consideretur quia separatus est & semper actus; etsi cesset interdum, quatenus intellectu nostro, qui potestate est, iungitur. Præsertim verò Alexander, qui primum intellectum fecit; cuius actio est eius essentia, penitusque immutabilis. Ceterum ut nunc non disputem, intellectum agentem separatam substantiam non esse (de hoc enim antea definitum est) certè de separatis intellectibus eorumque operatione non erat, cur hoc loco diceretur; neque ad animæ cognitionem, immò nec ad naturalem philosophum pertinet. Sed eatenus solum de intellectu dicendum erat, quatenus operatur in nobis: quam operationem intermittere sapiens ipsimet fatentur.

Qui verò intellectum agentem animæ virtutem à patiente diuersam esse dixerunt, multò magis hærebunt: quippe is tantum abest, ut semper intelligat; ut intelligat nunquam, sed species duntaxat intellectuales producat, phantasmataque potestate intellectilia actu efficiat intellectilia, & vniuersas abstrahat naturas. Intellectio autem alterius est patientis intellectus, qui speciebus susceptis vniuersalia comprehendit. Sic enim illi philosophantur. Qui si intelligere interpretentur abstrahere atque obiecta actu intellectilia facere; parùm sapiens interpretatio fuerit. Tum quia intellectio non obiecti productionem, sed illius comprehensionem significat: & intelligere antea definitum est pati quoddam esse & suscipere; non agere aut rem intelligendam producere. Tum quia si ita esset, philosophi sententiã assequeretur minimè: quoniam non semper abstrahit intellectus, sed magnam temporis partem, tum in fomno, tum in vigilia cessat.

Quam ob causam Auerroës (etsi aliam prætendat) de patiente intellectu maluit interpretari, eumque post Albertus sequutus est. Propterea enim aduersus Alexandrum & Themistium de patiente, non de agente interpretandū esse contendit; quòd cum de patiente loqueretur philosophus, vbi dixit (quæ autem secundum potestatem, prior in vno) nulla agentis mentione facta, subiungit quasi de eodem intellectu loquens, non aliquando intelligere & aliquando non intelligere. Etenim cum vnus Auerroës sententiã sic in hominibus omnibus intellectus, etsi in vno non intelligat, intelligit tamen in alio; atque ita semper intelligit. Hęc enim verba immediatè subiunguntur post illa (omnino verò nec tempore) quibus de patiente intellectu, non in indiuiduo, sed in vniuersa specie considerata loquebatur. Propterea de illo ipso eodem modo accepto intelligendum est eum semper intelligere; non in vno indiuiduo, sed in tota specie. Eodè modo agentem intellectum addit semper abstrahere, si absolutè & in specie tota spectetur.

Verùm falsissima est Auerroës opinio illa de

A intellectus vnitatem, ut in superioribus demonstrauimus. Quod autem ad hæc philosophi verba pertinet; vbi agentis & patientis intellectus discrepantiam is exponit, similitudinem & conuenientiam interpretatur Auerroës: nempe alterum semper abstrahere, alterum semper intelligere. Deinde antecedentibus verbis, quibus patientem in indiuiduo, non in specie, tempore priorem esse agente dictum est; an non de agente quoque fuit sermo? Non igitur erat, cur vereretur Auerroës conuenientia quoque de illo interpretari. Sed nimirum, cum agentem intellectum abstrahere crederet, non intelligere; verba, quæ de intellectione erant, ad patientem alterum atque intelligentem detorrit.

B Alioqui si intellectionis vocem tollas, aut in abstractionem mutes; illud ipsum fatebitur de agente intellectu dici.

Ego igitur de agente intellectu sermonem esse aio; verborumque sententiam ex antecedentibus colligendam esse: nam hæc illorum explicationem continent. Cum enim intellectum, qui est potestate, tempore priorè in vno esse dixisset: non omnino, hoc est simpliciter & in tota specie; priorè vidit sententiã partè nulla explicatione maiore, probationèue indigere: satis fuisse potestatem nominare, quoniam hæc voce continetur probatio, quippe potestas in eodem indiuiduo prior est actu: posteriori autem obsecram esse, rationeque aliqua confirmandam. Propterea his verbis eum explicat & confirmat. Vtriusque siquidem vim habet aduerlatiua particula (sed. Eiusmodi igitur explicatio est & confirmatio. Intellectus qui est potestate, in vno indiuiduo prior est agente; quia ille potestate est, hic actu operatur, & potestatem perficit. At in tota specie non item, sed contra potius: quia ille aliquando intelligit & aliquando non intelligit; hic intelligit semper. Quare si in vno indiuiduo prior est potestas, quam actus; potestatem tamen illam antecedit in alio indiuiduo actus. At non hoc nunc agit, ut actum probet priorem esse potestate in tota specie, sed solum ostendere vult posteriori non esse. Hoc enim dixit (omnino verò nec tempore) scilicet prior potestas est. Hęc est verissima & apertissima horum verborum sententiã. In 9. autem Metaphy. lib. priorem quoque tempore actum esse demonstrauit.

C Intellectus qui est potestate, in vno indiuiduo prior est agente; quia ille potestate est, hic actu operatur, & potestatem perficit. At in tota specie non item, sed contra potius: quia ille aliquando intelligit & aliquando non intelligit; hic intelligit semper. Quare si in vno indiuiduo prior est potestas, quam actus; potestatem tamen illam antecedit in alio indiuiduo actus. At non hoc nunc agit, ut actum probet priorem esse potestate in tota specie, sed solum ostendere vult posteriori non esse. Hoc enim dixit (omnino verò nec tempore) scilicet prior potestas est. Hęc est verissima & apertissima horum verborum sententiã. In 9. autem Metaphy. lib. priorem quoque tempore actum esse demonstrauit.

D Intellectus qui est potestate, in vno indiuiduo prior est agente; quia ille potestate est, hic actu operatur, & potestatem perficit. At in tota specie non item, sed contra potius: quia ille aliquando intelligit & aliquando non intelligit; hic intelligit semper. Quare si in vno indiuiduo prior est potestas, quam actus; potestatem tamen illam antecedit in alio indiuiduo actus. At non hoc nunc agit, ut actum probet priorem esse potestate in tota specie, sed solum ostendere vult posteriori non esse. Hoc enim dixit (omnino verò nec tempore) scilicet prior potestas est. Hęc est verissima & apertissima horum verborum sententiã. In 9. autem Metaphy. lib. priorem quoque tempore actum esse demonstrauit.

TEXTVS.

Xaverius D. de vniuersa sub' omni' & de vniuersa sub' vniuersa & de vniuersa sub' vniuersa.

Separatus verò est solum hoc, quod est. Et hoc solum in mortali & etern. in.

COMMENTARIUS CI.

D E agente intellectu iam non amplius sermonem esse credit S. Thomas; sed vniuersè de tota intelligente parte; eamque solum ex omnibus animæ partibus immortalem & sempiternam esse affirmari: quemadmodum & in tex. 21. lib. 1. hoc solum animæ genus ab aliis dixerat separari, tanquã perpetuum à mortali. Eadem penè Philopono sententiã.

sententia. Nisi quod non de intellectu anima, sed de intellectu interpretetur priora illa verba (separatus vero est solum hoc quod est) interiectaque & quasi per parentheses interposita esse putet. Atque post illa (separatus vero) distinctione adhibita ita interpretetur; ut quando intellectus, qui nunc est materialis, fuerit separatus, tunc futurus sit id quod est, hoc est proprie intellectus: qui enim est potestate, intellectus proprie non est. Quae vero sequuntur (& hoc solum immortale & aeternum) non de intellectu agente accipit, sed de intellectu uniuersae, ut est pars animae ab irrationali distincta. Irrationalis namque & vegetans immortalis quidem est, quia est corruptibilis, non corruptitur tamen ut anima est, sed ut in corpore est: quam obrem Plato animam omnem immortalem dixit: at aeterna non est. Contra materia aeterna est, non immortalis. Solus intellectus & immortalis est & aeternus.

Ceterum ego nec irrationalem animam immortalem dixerim, nec intellectum aeternum, sed sempiternum. Nam antea Aristoteli quoque habuisse principium, sed non habiturum finem demonstrauit. Materiam sine is philosophus aeternam fecit, quod mundum aeternum crederet. Sed & quod priora illa verba, quasi per parentheses interiecta fuisse putauerit Philoponus, minus probandum est: cum praeter institutum non sint, optimeque cum antecedentibus & consequentibus cohaerant. Enimvero propterea Aueroes duplicem attulit interpretationem. Prima non separationem a corpore intellexit, sed abstractionem ab hoc & illo indiuiduo, homine, atque uniuersam & in tota specie considerationem; ut paulo ante dicebatur; intellectum, qui potestate existit, in vno homine priorem agente esse, at non in tota specie acceptum. Atque hoc modo abstractum atque in tota specie considerationem, esse id quod est & immortalem dixit; non indiuiduorum comparatione. Altera materialem intellectum significari voluit, quatenus per agentem perficitur & cum eo copulatur.

Themistius item ad antecedentium explicationem retulit, quibus agentem intellectum fuerat dictum non aliquando intelligere & aliquando non intelligere. Nam cum saepe in nobis ab intelligendo cessare videatur, id ex coniunctione cum intellectu potestate significat euenire. Alioqui si separatim accipiatur, & sola eius natura spectetur, quae nil aliud est, quam purus & sincerus actus; infatigabilis, immortalis, aeternus, semper intelligens & semper intellectus a se est. Neque is intelligendo ex vno genere in aliud transit, neque componit aut diuidit, neque ratiocinatione vestitur; sed compressione quadam cuncta completitur.

Denique Simplicius quoque, sed alio quodammodo respexit. Etenim si in composito homine potestas est prius, ut affirmavit Aristoteles intellectum, qui est potestate, priorem in vno esse; intellectus tamen hic animarius separabilis est. Neque enim ille est ipsius anima, sed anima illius. Quippe in seipso manens absque vlla declinatione ad animam sibi eam inserit & connectit. Anima nostra est, quae ad secundas vitas declinat, cumque illis complicatur. Cumque separatur quodam modo corruptitur; non tamen transitu ad non ens, sed

A collectione ad melius ens: colligit namque se ad intellectum manentem, qui hoc solum est, quod vere est. Tuncque & ipsa manentem vitam vivit, & est hoc solum quod est. Adhuc tamen a semper separato differt: quoniam hic absolutus semper est, neque secundis vitis aut corporibus coniungi potest; animarius vero intellectus, est fuerit separatus, potest tamen separatus non esse. Itaque tertia hanc velut differentiam esse inter intellectum animarium & intellectum separatum; quod hic semper sit separatus, ille non semper. At enim illum, ubi separatur a corpore, id solum esse quod est. Propterea solum agentem intellectum separatum subiicit, immortalem, & aeternum esse: animarium vero aut patientem, tum mortalem, tum immortalem; mortalem, ut cum corpore & secundis vitis est complicatus; immortalem, ut ad agentem intellectum se colligit. Quam Simplicij de intellectu sententiam illustrabit academicum illud, rationalem animam duplicem habere statum; optimum quidem a corpore solutam, deteriorem autem in corpore. Quippe corpori coniuncta labem contrahit; & ut habet Proclus in Alcibiadem primum, similis euadit hominibus pestilentem habitantibus regionem; a corpore autem soluta libera est & pura, per similes illis, qui prata incolunt. Cum enim (Inquit Sy-

neus in lib. de somniis) in propriam generositatem se recipit, veritatis est penus, pura namque est, perlucida ac prorsus immaculata, cum vero delabitur, obtenebratur erraticaque euadit & mendax. Et illud, Hominem non esse corpus & animam, sed animam solum, corpus vero animae vehiculum & instrumentum. Et Themistius cap. 27. aliud esse ratiocinatur ipsam rem, aliud essentiam rei: nosque esse quidem id quod ex potestate & actu, ex corpore & anima constituitur; essentiam tamen nostram solum actum esse, solum intellectum. Sic enim & Aristoteles hoc loco videbitur affirmare, rationale animam coniunctam corpori non esse id quod est,

sed ab eo solutam: quasi consortio corporis labefactetur, fiatque deterior. Nam & materialia & sensilia ferè intelligit, ad immaterialia & intellectilia vix erigit se, aut certe non nisi per sensus & phantasmata semper aliquo inuoluta comprehendit. Quod igitur in tanta interpretationum dissonantia dicendum? Primum vocem illam (separatus) cum sit generis masculini, arbitror non posse nisi cum intellectu coniungi; separatus intellectus. Deinde referenda est ad eum intellectum, quem in proximè superiori tex. 19. separabilem esse dixerat, impermixtum, & imparabilem. Is autem agens intellectus nimirum est. Tum vero post illa verba (separatus vero) adhibeatur distinctio; atque haec erit germana sententia. Vbi intellectus hic fuerit separatus, tunc denum erit solum hoc quod est, perfectam inquam, absolutam, & sinceram, tum intellectus, tum agentis naturam habebit. Interim vero, dum est in corpore, intellectus sanè est & agens; verum ut est cum corpore sensibusque corporeis & potestate complicatus, ita nec intellectus, nec agentis integram & sinceram naturam obtinet. Quippe interdum intelligit & interdum non intelligit; interdum est actu, interdum potestate; interdum agens, interdum patiens. At separatus; intelligit semper & actu operabitur a corporis mole sensuumque ac phantasia impedimento liber. Et omnino quidquid in eo labis est

& imperfectionis, corporis nexu contrahitur; deponetur autem, ubi à corpore recesserit. Quare verisimè erit id solum quod est. Rursum agentem hanc intellectum in individuis dixerat, posteriorè eo esse, qui potestate dicitur, quia nò semper intelligit; in specie solum intelligere semper; hancque illius conditionem esse quandiu versatur in corpore. Iam addit, ubi fuerit separatus; perfectum eum omnino futurum; quia non in specie modò, sed & in individuo semper actu intelliget, nec potestatem habebit priorem; debitam scilicet sibi dignitatem consequutus.

Cæterum quoniam patientem quoque intellectum in superioribus posuit impassibilem esse, impermissum, & separabilem; neque deinceps de illius separatione dixit: necesse est hoc loco illius quoque separationem simul intelligere; hincque argumentum accipere ad superiorem illam sententiam confirmandam, qua agentem & patientem intellectum unum & eundem esse posuimus. Cum enim de utroque seorsim agens philosophus utriusque separabilem esse tradidisset, vtrumque separari necesse est: aut igitur imperfecta & diminuta philosophi doctrina fuit, qui nihil de alterius separatione dixit; aut separationem vtriusque hoc loco comprehendit, quòd vtrumque unum & eundem esse intellectum credit. Qui demum separatus, est solum hoc quòd est, quia non ampliùs potestate, sed solum actu est. Idem ipse intellectus immortalis est & sempiternus: quod enim à corpore separatur, eiusmodi esse oportet. Consequiturque philosophus hæc duo coniungere: nam quod in text. 21. lib. 2. separari dixit tanquam perpetuum à mortali; hic separatam esse affirmat, & immortalem ac sempiternam.

Agens
impassibile
intellectus
suis iat.

Anima
immortalis
sua iat.

Neque verebor dicere, non solum intellectus, sed intelligentis quoque animæ separationem & immortalitatem hoc loco asseri: quadruplici nimirum argumento. Primo, quòd hic locus priori illi respondeat, in quo hanc ipsam de separatione atque immortalitate questionem significans, intellectum animæ genus appellat: Videtur, inquit, genus aliud animæ esse, & hoc solum separari posse velut perpetuum à mortali. Altero, quòd de eo intellectu loquitur, qui differentia est & facultas intelligentis animæ: differentia verò & facultas separari non potest, nisi id separetur, cuius differentia & facultas est. Quare qui separationem & immortalitatem intellectus asserit, idem prorsus de anima intelligente asserit. Tertio, quòd hoc solum, immortale esse & sempiternum dicat; solum in quâ ex his omnibus, quæ in homine insunt. Non potest autem separari & immortalis esse intellectus; & intelligens anima, cuius est intellectus, inseparabilis & mortalis. Quarto, quòd neutro utatur genere (hoc inquit solum) quod cum intellectu nequaquam coniunges. Sed velut Philoponus credit, *πῶτο τὸ ἐπιπέδον*, vt in text. 1. huius libri dixit: vel potius hoc solum animæ genus, vt in text. 21. li. 2. loquutus fuerat: quippe eadem (hoc solum) vtrobique vsurpat verba: ibi (& hoc solum separari posse velut perpetuum à mortali) hic verò (& hoc solum immortale ac sempiternum). Cæteræ animæ, vegetans & sentiens, earumque facultates, mortales sunt & cum corpore extinguuntur: quare & passivum intellectum, hoc est phantasiam, statim subiunget corruptibilem esse. Neque verò sine demonstratione intellectum solum accepit immortalem esse

& sempiternum: verum ex eo concludit, quod antea posuit, impermissum & impassibilem cum esse, hocque nomine plurimum à sensu differere. Quæ demonstratio potior est ea, quæ à Simplicio adducitur, dum frustra conatur Aristotelem cum Platone conciliare.

TEXTVS.

B *Ὁ δὲ ἀπαράσitos ὢν, ἐν τῷτο ἰσὺ ἀσπίδῃ, ἐδὲ μακρῶτατος ἴσος φθαστος, καὶ ἀπὸ τῆς ἐδὲ ἰσῆς.*

Non recordamur autem; quoniam hæc quidem impassibile, passivus autem intellectus corruptibilis, & sine hoc nihil intelligit.

COMMENTARIUS CII.

C **D** Vas alias, præter hæcenus expositas, intellectus proprietates agnoscit in his verbis Philoponus. Alteram; obliuioni eum obnoxium esse. Alteram; eum sine phantasia vsu non intelligere. Plutarchus autem ipsius testimonio responderi voluit questionem propositam in tex. 16. cui intellectus non semper intelligat.

Sed accomodatè magis Auerroës & sanctus Thomas alterius cuiuspiam questionis ex proximè dictis excitatæ explanationem, seu obiectionis dilutionem faciunt. Si enim intellectus à corpore separatur, separatusque immortalis ac sempiternus existit, cur post mortem non recordamur eorum, quæ in hac vita cognouimus? Namque in text. 66. libri 1. ipsum, inquit, intelligere & contemplari marcescit alio quodam intus corrupto. Ad hanc questionem nunc eandem responsum adfert sed planius interpretatur, quia illud sit, quod eo loco dixerat (alio quodam intus corrupto) immirum esse intellectum passivum. Non recordamur enim, quoniam etsi hoc quidem, nempe intellectus agens aut intelligens anima, impassibile sit neque cum corpore pereat, sed separatam, immortale, & sempiternum subsistat: passivus tamen intellectus, sine quo nihil intelligitur, abolitus est & extinctus. Manifestum autem est, de intellectu, qui est pars & facultas animæ, ubique sermonem esse; non de eo, qui anima melior sit. Non enim quæreretur, cur non recordamur nos; si non de nostro, sed de alieno intellectu ageretur.

At quemnam passivum intellectum dicat, non item constat. Themistius enim in cap. 28. & 31. omnino contendit passivum intellectum non dici intellectum potestate; quoniam hunc impassibilem & immortalem esse iam demonstravit. Sed huius loci explanationem ex text. 66. citato petendam esse. Totidem namque ferè vtrobique verba. Ibi verò propterea respondit Philosophus intellectum post nostri dissolutionem non recordari, neque amare aut odisse; quoniam hæc illius affectiones non sunt; sed huius, quòd illum continet: quare

quare continente corrupto illas quoque perire, quod sint affectiones communis, quod abolitum est. Porro commune intellectum interpretatur Themistius partibilem & corruptibilem, ab impartibili & aeterno intellectu potestate diversum. Ita *phantasia* non *est* *in* *intellectu*, sed *est* *in* *intellectu* deducens, *phantasia* *non* *tam* *passivum*, quam affectionum seu affectionosum intellectum interpretari videtur, hoc est eam animae partem, in qua amor, odium & eiusmodi affectus ac perturbationes vigent; quae participatione quadam intellectus vocetur, quod vult in primo de moribus libro ad Nicomachum cap. 13. rationi obediat, eiusque imperium sequatur. Eandem sanctus Thomas interpretationem fecit. Immo quod agentem intellectum philosophus impartibilem esse dixit, interpretatus est perturbationum eiusmodi subiectum non esse.

Verum ut mittam eos, ac praesertim sanctum Thomam, omyonymia notam Aristotelis orationi inure; si alio intellectu partibile & impartibile nunc, quam in antecedenti tota oratione, nominet: sane id, quod de animi perturbationibus dicitur, nihil ad praeteritorum recordationem quaestionisque propositae solutionem perinet. Neque enim memoria ad affectionosam illam, hoc est appetentem animae partem, sed ad cognoscentem, spectat. Neque in appetente parte intellectum nominare consentaneum Aristoteli est. Quippe is hanc quidem irrationalem partem rationi obedientem, rationisque quoquo modo participem esse dixit: at eum caeca proflus sit & cognitionis expertus, intellectum nunquam nominasset. Sensum potius, qui natura intellectui proximior est, quod cognitrix facultas sit. Tantumque abest, ut sine affectionosa parte non intelligat intellectus, ut haec illi potius impedimento sit, purumque eius actum perturbet.

Quod igitur in primo lib. ipsum intelligere philosophus dixit marcescere alio quodam intus corrupto: scilicet hoc ipsum esse, quod nunc ait non recordari nos, quia corruptus est passivus intellectus. Sed cum postea perturbationum quoque amoris & odij mentionem fecisset; aliam adiunxit harum rationem propriam; quoniam ex non sunt intellectus propriae, sed totius coniuncti; hocque dissoluto, illa quoque cessant. Commune siquidem non intellectum, sed coniunctum ex anima & corpore interpretatione quoque sancti Thomae appellat. Hoc autem loco ubi non de perturbationibus, sed de recordatione sola est sermo, priorem solam rationem perit: quod aliud quidpiam intus corruptum sit, hocque passivum intellectum esse declarat.

Hunc igitur Simplicius intellectum intelligit ad secundas progredientem vitas: qui non substantia corruptibilis dicitur; sed quatenus corporeas deserit vitas, neque ad illas procedit amplius, ut abfoluatur ab illis; verum sese ad intellectum manentem colligit. Sine hoc autem nihil eorum, quae memorabilia sunt intelligit intellectus manens. Quippe in lib. de mem. & remin. memorabilia docuit idem Aristoteles ea esse, quae imaginaria sunt; phantasiaque & memoriam, phantasia & memorabile sola ratione differre: quare ut memorabile quidpiam intelligamus, opus est intellectu ad phantasia usque progrediente: dumque hic à

A phantasia recedit, memorabile nihil intelligitur. Neque enim accipiendum est nihil penitus intelligere separatim intellectum: quoniam separabilis omnino non esset & impermissus; neque tunc maximè esset id quod est. Et si separabilem eum esse argumento illo confectum est, quoniam propriam habet operationem, quam sine corpore corporeaque phantasia exerceat; qui posset iam affirmare, nihil eum proflus intelligere; sed stupidum, inertem, otiosum, omnique operatione privatum vivere? Nihil ergo memorabilem intelligit. Hoc enim agebat, hoc quaerebat; cur non recordetur eorum, quae in hac vita cognovit. Alia intelligit, tum seipsum, tum in seipsum superiora, quasi in imagine, & inferiora velut in exemplari.

B Philoponus tamen tum hoc loco tum in proemio ad hos libros, atque Averroës passivum intellectum phantasia ipsam interpretati sunt. Quam interpretationem multa confirmant. Primum enim sine eo addit nihil intelligi: quod de phantasia totidem planè verbis, quasi hunc locum exponens, repetit mox in tex. 30. sine intellectu autem non dixisset nihil intelligi, cum is potius solus sit, qui intelligit: & particula (sine) conditionem potius, quam primariam causam, significat. Deinde quia intellectum, qui principium intelligendi est, impartibilem esse respondet, neque ipsum corrupti, sed aliquid aliud perire, sine quo intellectio quidem constare queat, at non recordatio. Hoc autem phantasia esse ostendet locus ex lib. de mem. citatus. Tum verò quia id, quod nunc passivum intellectum appellat, in lib. de mem. cap. 1. apertis verbis phantasia interpretatus est. Memoria, inquit, intellectui non sine phantasia est. Propterea igitur non recordamur, quia corruptus est intellectus passivus, hoc est phantasia, in qua memorabile phantasia continebatur. Et in tex. 66. antea indicato appellavit aliud quiddam, quod sit intus: intelligere, inquit, marcescit alio quodam intus corrupto. At neque intellectum dixisset esse quidpiam intus, quem impermissum & nulla corporis parte contentum praedicat: neque is aliud est à seipso; & Simplicius intellectum progredientem & manentem fatetur unum & eundem intellectum esse: phantasia aliud nimirum est ab intellectu. Sed neque philosophus intellectum, quem impartibilem dixerat, corruptibilem nunc affirmasset. In tex. autem 155. libri 2. intelligere diuidens in phantasia & hypolepsim, hoc est imaginationem & estimationem, phantasia iam seu imaginationem intellectum quendam esse posuerat. Et post in tex. 48. huius 3. phantasia dicit esse ut intellectum quandam. Et cap. 3. libri de animalium motu eam ad intellectum reuocat: etenim phantasia, inquit, eundem intellectui locum habet; iudicativa enim omnia sunt. Eam igitur passivum nunc intellectum appellat; quod intelligendum ac memorandum obiectum contineat. Denique vel in ipsa interpretatione Simplicij observabis, tum corruptionem esse phantasiae, non intellectus; quippe intellectus progrediens non corrumpitur, sed ad manentem se reuocat; phantasiaque deserit, quoniam ea corrupta est: tum oblivionem propterea obuenire, quod perierit phantasia, phantasiaque memorabile, cuius memoria esse debuerat, abolitum sit. Porro quoniam singularum duntaxat rerum & materialium phantasia est & phan-

tasna; harum consequens fuerit obliuionem esse, non vniuersarum; immaterialium, incorporearum, & omnino earum, quæ sine phantasia intellectus intelligit.

Verùm alia quædam potest esse horum verborum expositio. Huic namque obijciat quipiam, & merito querat, vndenam nonerit, aut nosse potuerit Aristoteles, nos post mortem non recordari; neque illum potuisse hoc sine fundamento ac probatione accipere, sed nec ipse ait nos non recordari post mortem; sed absolute, non recordari. Cùm ergo agentem intellectu dixisset non aliquando quidem intelligere, aliquando autem non intelligere, sed intelligere semper, esseque immortalem & æternum; merito querit; cur ergo non recordamur interdum eorum, quæ maxime vellemus intelligere; neque resumere possumus intellectionem, quàm iam habuimus? respondetque defectum phantasia esse, sine qua is intelligere nequit, alioqui appetus semper intelligere.

Cæterum apud Simplicium quidpiam est animaduersione dignum. Tantum enim abesse ait, vt illud (& sine hoc nihil intelligit) absolute accipiendum sit nihilque planè sine passiuo intellectu separatus intelligat intellectus; vt vel etiam quandiu in corpore degit, illudque viuificat; separabiliter aliquando viuat atque intelligat. Sic enim interpretatur illud, quod est in tex. 39. libri 12. Metaph. Quod semper est Deus, id nos aliquando sumus: vt cùm Deus semper sit separatus, nos si non semper, interdum certè naturalem adhuc hanc viuentes vitam, separemur. Namque nec ea philosopho fuit eo loco sententia, dum non de separata intelligentia loqueretur; sed de ea, quæ per disciplinas & scientias comparatur. Nec fieri potest, vt intellectus, qui est corporis actus & forma, recedat à corpore aliquando, ad illud mox reuertens; aut in eo existens, extra illud operetur.

Digressio xxx. De intelligentis animæ facultatibus.

Hic de intelligentis animæ facultatibus aliquid dicendum est. Cùm enim præter intellectionem hæcenus nominatam, recordationem quoque commemorat Aristoteles; postulat locus, vt quot hæc anima virtutibus prædita sit, constituitur. Tres ferè ab omnibus numerantur; intellectus ad cognoscendum, voluntas ad appetendum, memoria ad reuoluenda & repetenda præterita, aut etiam intellectuum specierum conseruationem. Nec defuerunt, qui quartam adderent facultatem mouendi se loco; qua aut nunc vtatur homo quandiu mortalem hanc degit vitam; aut à corpore soluta de loco ad locum moueatur.

Facultas motrix.

Facultas motrix neque necessaria est neque vlla inesse potest. Enimvero vt homo nunc moueatur, satis est facultas illa motrix, quæ animæ sentientis est. Quippe vt ab ea mouentur animalia cætera, incedunt, atque de loco ad locum progrediuntur; ita & homo moueri potest, qui similibus planè, immò eisdem mouetur motibus, incedendo, saltando, currendo. Anima verò corpore liberata, vt impartibilis profusus est, sic neque in loco neque ad locum propriè motum habet vllum. Motrixque

A eiusmodi facultas conditione sua organica est & corporea; musculusque vtitur, neruis, & aliis huius generis instrumentis. Intelligens anima spiritalis est, inorganicaque & incorporea facultatibus naturæ suæ ac dignitati conuenientibus vtitur. Et quemadmodum locus corporatarum vtitur, Et rerum proprius est; sic virtus progrediendi ad locum, aut in loco sese mouendi non nisi corporeæ rei & quantæ, quæ locum occupet, esse potest. Neque in separatis intelligentis minus necessaria ratione virtus eiusmodi cogitanda est; in quibus nullam hæcenus præter intellectum & voluntatem agnouerunt philosophi.

B De memoria difficultas maior; tum an nulla sit, tum an à cæteris facultatibus distinguatur. Nam S. Thomas in 1. 1. Theologicæ sum. qu. 79. art. 6. & quest. 10. de veritate art. 2. & lib. 2. contra gentes cap. 74. eam sanè fatetur in intelligente parte nullam esse posse; quæ præterita recognoscat; quoniam præteritum vt præteritum, cùm significet esse sub determinato tempore, singulare aliquid indicat: singularia verò materialia pars intelligens non cognoscit; sed hæc ad sentientem pertinet. Alio tamen ponit necessariam esse contentam, vt cognitarum rerum species conseruet. Scabioris quippe & immobilioris naturæ est intellectus, quàm sit natura corporea & materialis: quare si in corporeo & materiali sensu conseruantur species, multò magis conseruari eas in intellectu credendum est. Atque huc adfert illud philosophi in tex. 8. cùm intellectus fuerit singula factus, hoc est rerum omnium speciebus imbutus, vt sciens dicitur, potestque seipso operari. Et illud in 8. lib. Phys. tex. 32. antequàm didicerit homo, potest esse sentientis est ad scientiam; egetque motore, à quo reducatur ad actum; postquam verò didicit, ipse operari potest: nimirum quia rerum, quas didicit, species in memoriæ thesauro conditas habet. Dux tamen duntaxat intelligentis animæ facultates, intellectum, & voluntatem; neque memoriam ab intellectu facultatem diuersam esse fatetur idem ipse S. Doctor in art. 7. eiusdem questionis 79. Propterea quòd eiusdem facultatis sit, tum suscipere species, tum conseruare susceptas; illaque ipsa tum intellectus dicitur vt suscipit, suscipiendoque intelligit; tum memoria vt conseruat.

C Verùm hæc S. Thomæ sententia duobus principiis nititur, quæ minis vera esse videntur, vt in superioribus disputationibus conclusum fuit. Alterum est, intellectum non cognoscere singularia materialia. Alterum, cognitionem, tum sensus, tum intellectus, fieri per species, tum sentiles, tum intellectiles. Quod memoriæ ab intellectu noluerit facultatem esse diuersam, philosopho magis est consentaneum, qui nec sentientem memoriam à phantasia distinguit. Sed ratio illa non probabitur; quòd eiusdem sit suscipere & conseruare: verum illa potius, quam exposui, cùm de sentiente memoria ageretur; quòd quæ facultas primum cognouit, potest post rursus rem eandem cognoscere.

D At enim alij non pauci tertiam voluerunt esse facultatem ab intellectu & voluntate sine forma, siue etiam re distinctam; quæ non species modo conseruet, sed præterita quoque recognoscat. Inter hos fuit Scotus in 4. sentent. libro dist. 49. quest. 3.

Antiquiores tamen video intelligentem omnem memoriam